SIGNACVLA
MEDICORVM OCVLARIORVM

RECENSVIT

AEMILIVS ESPÉRANDIEU

Instituti Franco-Gallici socius ab epistulis

Ex Corporis inscriptionum latinarum volumine XIII, 3, 2 seorsum edita

---

ACCEDVNT TABVLAE LXVIII

PARISIIS

apud **Ernestum Leroux**

28 via Bonaparte

SL 126-1-d-17 617.7



SIGNACVLA

MEDICORVM OCVLARIORVM

GVILELMO FROEHNER

AMICO

AEM. ESPÉRANDIEU

SIGNACVLA

MEDICORVM OCVLARIORVM

EDIDIT

AEMILIVS ESPÉRANDIEU
Instituti Franco-Gallici socius ab epistulis

PARISIIS
apud **Ernestum Leroux**
28 via Bonaparte
MDCCCCIV

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS
LIBRARY
CLASS 617.7
4522

Medicorum ocularium signacula in multis libellis descripta sunt, quorum potiores tantum hic recensebo; de ceteris ad lemmata singulis numeris supposita relegare satis visum est. Id tantum moneo, me ubique ephemerides vel acta societatum eruditarum, quibus hi commentarii plerumque inserti sunt, non separatas eorum editiones citare.

I. Iohannes Bavhin medicus, Stuttgartiae a. 1616 defunctus, de primo signaculo a. 1606 reperto scripsit epistulam Friderico Wurtembergiae duci, quam edidit Clemens Dvvernoy, *Notices sur quelques médecins, naturalistes et agronomes nés ou établis à Montbéliard dès le seizième siècle* (Vesontione 1835. 8°).

II. Io. Ern. Imman. Walch duo opuscula huc pertinentia composuit: *Sigillum medici ocularii Romani nuper in agro Ienensi repertum et observationibus illustratum; accedunt reliqua sigilla et inscriptiones medicorum ocularium veterum* (Ienae 1763. 4°) et *Antiquitates medicae selectae* (Ienae 1772. 8°) signacula decem et septem continentes.

III. Dan. Guil. Triller: *De variis veterum medicorum ocularium collyriis, quorum memoria in priscis lapidibus inscriptis adhuc superest* (Viteb. 1772. 4°). Signacula, de quibus disputat, ipse non vidit.

IV. Christoph. Saxivs: *Epistola ad virum amplissimum eruditissimumque Henricum van Wyn de veteris medici ocularii gemma sphragide prope Traiectum ad Mosam nuper eruta* (Traiecti ad Rhenum 1774. 8°). Idem a. 1782 in *Verhandelingen uitgegeven door het genootschap der Wetenschappen te Vlissingen* (Middelb. 8°) signaculum ineditum exhibet.

V. Io. Heinr. Ivgler: *Bibliothecae ophthalmicae specimen primum* (Hamburg 1783. 8°). Nihil novi affert.

VI. Ricardus Govgh quattuor et viginti signacula collegit in opusculo, cui titulus est *Observations on certain stamps or seals used anciently by the oculists*, ex *Archaeologia* (t. IX, 1789. 4°) seorsum expresso, textus ex libris mendose transcribens.

VII. Tochon d'Annecy, *Dissertation sur l'inscription grecque* IACONOC AVKION *et sur les pierres antiques qui servaient de cachets aux médecins oculistes* (Paris. 1816. 4°) adiungit lapidibus a Saxio publicatis decem ineditos vel parum cognitos, quorum ipse quattuor possidebat. Opus indiligenter factum; divisio versuum desideratur.

VIII. Cl. Fr. Denis reliquit chirographa duo, in quibus de signaculis nostris agitur: 1) *Notice historique et topographique sur Nasium, ville des anciens Leucois, suivie de l'exposé archéologique des découvertes connues qui ont été faites sur son emplacement . . .* (Commercy 1818). Archetypum, quo ultimus usus est Liénard, ubi sit ignoratur; extant apographa in bibliothecis oppidi Bar-le-Duc et Leonis Maxe-Werly nuper Parisiis defuncti. Eiusdem auctoris liber: 2) *Voies romaines qui se croisaient à Nasium ou y prenaient naissance* a L. Maxe-Werly prelo destinabatur; cf. Thédenat, *mémoires des antiquaires de France* ser. VI, 4, 1893 p. 319—322.

IX. Franciscus Rever: *Appendice au mémoire sur les ruines de Lillebonne, contenant l'explication de quelques cachets inédits d'anciens oculistes, pour faire suite à l'explication de celui qu'on a trouvé dans ces ruines* (Evreux 1821. 8°). Quattuor signacula nova, quorum unum in libro *Mémoire sur les ruines de Lillebonne* (Evreux 1821. 8°) iam ediderat.

X. E. Dvrand antiquarius Parisinus signacula quinque possidebat, quae hodie in museo q. d. *le Louvre* servantur. Ea summatim describuntur in catalogo manuscripto (*Inventaire de la collection Durand*) anni 1824, quo tempore Carolus X rex collectionem illam emit.

XI. D. Carol. Gottlob Kühn: *Index medicorum ocularium inter Graecos Romanosque, I—XI* (Lipsiae 1829—1830. 4°) nomina ocularium accurate recenset.

XII. Eloi Iohanneav librum de signaculis medicorum ocularium initio saeculi XIX composuit, publici iuris non fecit. Extat eius *Lettre à M. Bottin sur les inscriptions des pierres sigillaires de Bayeux, de Vieux, de Brumath et d'Ingweiler, et sur celles de deux cachets antiques du musée de Strasbourg* in *Mélanges d'archéologie publiés par Séb. Bottin* (Paris. 1831. 8° p. 109—118).

XIII. Fevret de Saint-Mémin: *Description de deux cachets d'oculistes romains trouvés récemment dans le département de la Côte-d'Or* (Divione 1834. 8°; ed. altera 1840. 4°) inserta actis societatis Divionensis: *Mémoires de la commission des antiquités de la Côte-d'Or* (t. I, 1832—1833. 8° p. 122—145; ed. altera, 1840. 4° p. 365—382). Idem edidit *Additions à la notice sur les cachets des oculistes romains publiée dans le premier volume des mémoires de la commission départementale d'antiquités de la Côte-d'Or* (Divione 1834. 8°) et *Additions aux notes précédemment publiées dans les mémoires de la commission départementale des antiquités de la*

Côte-d'Or sur les cachets des médecins-oculistes romains (Divione 1846. 4°) ex iisdem actis (t. II, 1834—35. 8° p. 321—330, ed. altera t. I [lege III], 1840. 4° p. 382—387; t. II [lege IV], 1842—1846. 4° p. 185—192) seorsum expressas.

XIV. Aemilius Bégin: *Lettres sur l'histoire médicale du Nord-est de la France* (Metz 1840. 8°) ex *Mémoires de l'académie de Metz* (ann. XXI, 1839—1840 p. 1—134) seorsum expressae; quinta epistula de signaculis ocularium agit. De auctoris fide dubitavi ad n. 132.

XV. Adolphus Duchalais: *Observations sur les cachets des médecins-oculistes anciens, à propos de cinq pierres sigillaires inédites* (Paris. 1846. 8°) ex *Mémoires de la société des antiquaires de France* (t. XVIII, 1846 p. 159—239) seorsum editae. Quinquaginta signaculorum sylloge parum diligenter confecta est.

XVI. Crosnier abbas: *Mémoires sur les cachets de médecins oculistes romains à l'occasion d'un de ces cachets récemment découvert à Alluy* (*Nièvre*) in *Bulletin de la société nivernaise* t. I, 1854 p. 352—370.

XVII. Henricus Schreiber: *Ueber die Siegelsteine alter Augenaerzte überhaupt und den neuentdeckten Riegler Siegelstein insbesondere* in *Mittheilungen des historischen Vereins für Steiermark* t. V, 1, 1856 p. 63 sq.

XVIII. I. Sichel, medicus ocularius Parisinus, vir omnium maxime his studiis intentus edidit: 1) *Cinq cachets inédits de médecins oculistes romains* (Paris. 1845. 8°) in *Gazette médicale de Paris* (1845 n. 38—39); 2) *Nouveau recueil de pierres sigillaires d'oculistes romains pour la plupart inédites, extrait d'une monographie inédite de ces monuments épigraphiques* (Paris. 1866. 8°); hoc opus, quod signacula triginta quinque continet, primum Bruxellis in *Annales d'oculistique* (t. LVI p. 97—132, 216—297) prodiit. Sichelii commentaria, ut medici, optimae notae sunt, ut grammatici minus valent; errat quotiescumque siglas complere conatur. Post obitum auctoris multa ectypa cerea cum schedis et signaculis novem venerunt in manus Roberti Mowat, qui cum summa benevolentia eis uti mihi permisit. Inter ectypa sunt quae iam lapidum locum tenent, signaculis ipsis non extantibus. Sichelius ab Hadriano de Longpérier et Leone Renier adiutus indicem omnium signaculorum (centum viginti et sex) sua aetate notorum confecerat, qui in schedis eius extat; in eo deprehendimus sub n. 106*a* signaculum (infra n. 178), cuius nusquam alibi mentio fit.

XIX. Caroli Lud. Grotefend opusculum *Dreiundsiebenzig Stempel roemischer Augenaerzte* ex *Philologo* (t. XIII, 1855 p. 122—165; cf. t. XIV, 1859 p. 627—630; t. XXV, 1867 p. 153—157) seorsum expressum, iteratis curis editum est sub titulo *Die Stempel der römischen Augenärzte gesammelt und erklärt* (Hannover 1867. 8°). Paucissimos lapides auctor ipse viderat, sed accurate quodcumque in libris invenit, transscripsit addiditque syllogae haud inutili indices tres: ocularium,

collyriorum, morborum, cum fontium conspectu. Titulos ubique punctis distinxit, quibus archetypa carent. In *Bullettino dell' Instituto di corrispondenza archeologica* (Romae 1868 p. 104—108 et 1870 p. 188—191), signacula tria ceteris adiunxit.

XX. Wetzel: *Note sur les cachets d'oculistes romains à l'occasion d'un de ces monuments trouvé à Mandeure en janvier 1860* in *Compte-rendu des travaux de la Société d'émulation de Montbéliard* t. IX, 1860 p. 85—97.

XXI. In museo Remensi extant signacula octo, quorum sex Victor Duquenelle pharmacopola legaverat cum descriptione ab ipso facta quae in bibliotheca municipali servatur inscripta: *Catalogue des monnaies romaines et d'objets antiques composant le cabinet de Victor Duquenelle, de Reims* (Remis 1872—[1883]. 4°). In diario: *Journal de pharmacie et de chimie* (Paris. Ian.-Iul. 1863 p. 97 sq.; cf. *Gazette médicale de Paris*, 13 Ian. 1864) reperies analysim chemicam pastillorum, qui a. 1854 Remis effossi, nunc sunt partim ibi et *Saint-Germain-en-Laye* in museis, partim Parisiis apud Mowatum.

XXII. Guil. Fröhner in pretiosa sua inscriptionum antiquarum collectione signacula possidet tria, quae benevole in usum meum praebuit. Opusculum eius *Sur la pierre de Senlis* (Paris. 1869. 8°) adhibui ad n. 140.

XXIII. Petrus Carolus Robert: *Nouveau cachet d'oculiste romain* in *Mélanges d'archéologie* (Paris. 1875. 8° p. 5—20) eiusdem auctoris; cf. *Comptes-rendus des séances de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres* t. VI, 1870 p. 77—81.

XXIV. Iosephus Klein: *Stempel römischer Augenärzte* in *Bonner Jahrbücher* t. LV, 1871 p. 93—135, cf. p. 263—265, signacula ocularium centum viginti et sex collegit ad Grotefendi libellum supplendum.

XXV. Leo Renier signaculorum 142 apographa, quotquot ante a. 1879 innotuerant, nitide scripta compegit in libellum, quem Henricus Thédenat, qui hodie possidet, benigne mecum communicavit. Pauca tantum inde excerpsi.

XXVI. Ernestus Desjardins epistulas quattuor missas ad doctorem Ed. Fournié *sur les cachets d'oculistes chez les Romains* ephemeridi q. d. *Revue médicale* a. 1879 et 1880 inseruit. Signaculorum imagines, quibus in libro suo *Notice sur les monuments épigraphiques de Bavai et du musée de Douai* (Paris. 1872. 8°) usus est, in museo Sangermanensi servantur.

XXVII. Robertus Mowat: *Un nouveau cachet d'oculiste romain trouvé dans la commune de Collanges* in *Mémoires de l'académie de Clermont* t. XXIII, 1881 p. 29—35. Idem quattuor signacula in *Bulletin des antiquaires de France* (1883 p. 122—123; 1901 p. 297—299) accuratissime, ut solet, edidit.

XXVIII. Antonius Héron de Villefosse et Henricus Thédenat primo pro se quisque, tum coniuncti, in *Bulletin monumental* (t. XLVII,

1881; t. XLVIII, 1882) seriem dissertationum ediderunt, quarum pars, decem et octo signacula continens, in volumen inscriptum: *Cachets d'oculistes romains* t. I (Tours et Paris. 1882. 8°) bonae frugis plenum coaluit. Reliquae signacula septem comprehendentes (*Bulletin monumental* t. XLVIII, 1882 p. 663—717; t. XLIX, 1883 p. 156—185. 309—359) separatim expressae non sunt. Ambo viri docti in *Bulletin des antiquaires de France* 1879—1881; 1888—1887; 1894—1895; 1897; 1900; 1902 signacula nova complura interpretati sunt. Thedenatus signacula octo Nasii a. 1807 inventa cum duobus originis incertae sub titulo *Cachets de Nasium* publici iuris fecit in *Mémoires des antiquaires de France* 1894 p. 319—378, unde seorsum expressa prodierunt Parisiis a. 1896.

XXXIX. Salomo Reinach, *Liste des oculistes romains mentionnés sur les cachets* (Paris. 1888. 8°) ex *Revue archéologique* (ser. III, t. XI, p. 254—258) seorsum expressa. Magno adiumento mihi erat laterculus ille in ectypis undecumque conquirendis.

XXX. Deneffe, medicus Gandavensis, duos libellos huc spectantes evulgavit: *Etude sur la trousse d'un chirurgien gallo-romain du III^e siècle* (Anvers 1893. 8°) et *Chirurgie antique; les oculistes gallo-romains au III^e siècle* (Anvers 1896. 8°). In iis praecipue de instrumentis medicorum veterum sermo est.

XXXI. O. Gvelliot, medicus Remensis, signaculum unum descripsit in *Union médicale du Nord-Est* 15 Febr. 1891, deinde alia duo in academiae Remensis actis (t. CVII, 1899—1900 p. 185—193).

XXXII. Abhinc annos decem signaculorum syllogen ipse edidi in *Revue archéologique* (ser. III t. XXI, 1893 p. 296—328; XXII, 1893 p. 15—33. 139—156. 308—338; XXIII, 1894 p. 54—64. 215—229. 379—388; XXIV, 1894 p. 44—59. 156—179), deinde libellum: *Recueil de cachets d'oculistes romains* (Paris. [1894]. 8°) in quo plus ducenta signacula, pastillos, vascula collyriis destinata collegi. Hunc intellegi volo, ubi nomen meum libri titulo non adscripto legitur.

XXXIII. Iob. Hildenbrand a. 1897 scripsit programma *De signaculo medici ocularii romani in agro Frankenthalensi reperto* (Frankenthal. 8°) et alterum: *Die Kollyrien-Stempel der gallisch-römischen Augenärzte* (Frankenthal 1900. 8°), in quo supplementis meis ad auctorem missis usus est.

XXXIV. Rodolfi del Castillo, medici Matritensis libellus: *La oftalmologia en tiempo de los Romanos* (Matriti 1903. 8°) prodiit in *Revista ibero-americana de ciencias medicas* (Matriti 1901—1903. 8°). Auctorem non citavi nisi ad signaculum Tarraconense (infra n. 27), quod solum vidit.

Magno mihi praeterea emolumento Ottonis Hirschfeld et Caroli Zangemeister schedae fuerunt, e quibus n. 74 et 163 hausi.

A. Signacula.

1 Schistos niger, long. m. 0,030, lat. m. 0,009, crass. m. 0,005. Rep. a. 1800 *Bayeux* inter rudera castelli antiqui REV.; ex domo Lambert, ubi diu iacuit, deportatus ad Paulum de Farcy, in villam vicinam q. d. *le Castel*; habuit deinde Doncet nummularius; ubi hodie sit ignoratur.

a M·A·C·ISOCRY

b DIA

c M·A·C·DIAGE

d DIC

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato traditum. Ed. Rever *appendice* p. 40 et 53 et tab. 4 n. 4, *mém. de la soc. des ant. de Normandie* I (1824) p. 484 cum imagine; Eloi Johanneau apud Bottin *mélanges* p. 110 ad ectypum (inde Duchalais *observ.* p. 57 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 214); Pluquet *essai sur la ville de Bayeux* (Caen a. 1829. 8°) p. 31; Lambert *épigr. rom. dans le départ. du Calvados* (Caen a. 1869. 4°) p. 34 et tab. V n. 12; Sichel *nouv. recueil* p. 111. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 127 n. 1, *Stempel* p. 13 n. 1; Espérandieu n. 26.

M. A(. . . .) *C*(. . . .) *isocry*(*son*). — *Dia*(*lepidos*?). — *M. A*(. . . .) *C*(. . . .) *diage*(*ssamias*). — *Dic*(*entetum*).

---

2 Steatitis triangularis cinerea fastigata, long. et lat. m. 0,027, crass. m. 0,005. Originis incertae; fuit Parisiis apud Crignon de Montigny, post cuius mortem venit in nummophylacium, ubi extat sub n. 4707, 4.

a AEL · FOTINI DI
AGESSAM AD IMP

b AEL · FOTINI DI
ARHOD · AD IMP

c AEL · FOTINI NAR
DIN·EX OVO AD IMP

in planitie superiore scariphatum est: A = *A*(*eli*?).

Descripsi. Ed. [Fröhner] *coll. de M. de Montigny, pierres gravées* (Paris. a. 1887. 8°) p. 45 n. 583; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 14 ad ectypum cum imagine; Espérandieu n. 124. Cf. Blanchet *bull. des musées* III (1892) p. 237.

Ael(*i*) *Fotini diagessam*(*ias*) *ad imp*(*etum*). — *Ael*(*i*) *Fotini diarhod*(*on*) *ad imp*(*etum*). — *Ael*(*i*) *Fotini nardin*(*um*) *ex ovo ad imp*(*etum*).

3 *Siena* in domo Borghesiorum; tabula marmorea DON. Hodie latet.

	Don. et Benev.:	*Pecci:*
a	P·AEL·THEOPHILETIS COENON·AD CLAR	P Æ THEOPHILETIS COENON·ADCLAR
b	P·AEL·THEOPHILETIS STACTVMACL	P ÆL·THEOPHILETS STACTVM APOS
c	P·AEL·THEOPHILETIS	PÆL HEON·ET HIRODON
d	P·AEL·THEOPHILETIS	P ÆI HORES CLORON

a 1 E pro AEL Ben. — 2 COENO Ben.

restitue:

a P·AEL·THEOPHILETIS
COENON·AD CLAR

b P·AEL·THEOPHILETIS
STACTVM OPOB

c P·AEL·THEOPHILETIS
DIARODON

d P·AEL·THEOPHILETIS
CLORON

Eodem exemplo Donius cod. Barb. p. 54 = 525 (inde Gori cod. Marucell. A 196) et Benevoglienti cod. Saenens. C. V 12 f. 115′ = C. IV f. 28 (ab hoc Gori inscript. ant. Etr. II p. 63, 8 unde Muratori 508, 4; Saxius *epist.* p. 40 ex eo Jugler *bibl. ophth.* p. 68 sine textu; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 235; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 62 n. 6 cf. Visconti *journal des savants* 1817 p. 168; Kühn *index medic. ocul.* XI, 4; Grotefend *Philol.* XIII p. 127 n. 2, *Stempel* p. 14 n. 2; Renier *c. r. de l'Acad. des I. et B.-L.* ser. nov. VII (1870) p. 79; Espérandieu n. 173). De visu Pecci ms. Saenens. l. I f. 70′ et l. II f. 257 (inde Marini sched. Vatic.). Cf. *C. I. L.* XI p. 1200 n. 6714, 1.

P. Ael(i) Theophiletis coenon ad clar(itatem). — *P. Ael(i) Theophiletis stactum* [*o*]*po*[*b*(*alsamatum*)]. — *P. Ael(i) Theophiletis* [*dia*]*rodon.* — *P. Ael(i) Theophiletis cloron.*

4 Steatitis viridis, long. m. 0,039, lat. m. 0,038, crass. m. 0,007. Rep. a. 1883 Remis *entre la porte de Bétheny et la porte de Mars* VILL.; fuit ibi apud S. Fruchart negotiatorem; postea Parisiis apud Henricum Hoffmann, unde pervenit in museum bibliothecae Parisinae (*Cabinet des médailles*), ubi extat sub n. 4707, 7.

a CN ALBINI NATALIS
DIAMIS AD DIATES

b CN ALBINI NATALIS
AVTEMER AD IMP

c. d vacant

Descripsi. Ed. Loriquet *travaux de l'Acad. de Reims* LXXII (1883) p. 160—161 cum imagine tab. II fig. 9; Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1883 p. 248; [Froehner] *catalogne de la collection Hoffmann* (Paris. a. 1886. 4°) p. 43 n. 164 et tab. III; Espérandieu n. 139. Citat Blanchet *bull. des musées* III (1892) p. 237.

Cn. Albini Natalis diamis(us) ad diathes(es). — *Cn. Albini Natalis authemer(um) ad imp(etum).*

---

5 Schistos cinereus long. et lat. m. 0,056, crass. m. 0,010. Rep. a. 1884 inter rudera sita exadversus vicum *Vertault* (*Côte-d'Or*) una cum *'une pierre de forme allongée et polie en biseau à ses extrémités . . . un instrument en fer en forme de couteau . . . ., une pièce en argent de Constantin, trois pièces en bronze, une boule en cuivre, deux garnitures de coffret en bronze, une paire de ciseaux appelés forces, un fragment de marbre, une boucle en bronze, deux défenses de sanglier et un plat en terre rouge à peu près complet'* VILL.; illatus *Chatillon-sur-Seine* in museum societatis archaeologicae, ubi extat.

a Q ALBI VITALIONIS CHE*lidon*
OPOBALSAM AD CALIG*inem*

b Q ALBI VITALIONIS MIXTVM AD
OMNIA PRAETER LIPPITVDIN

c Q ALBI VITALIONIS MELINVM
ACRE AD PVLVER ET CALIGINE

d *q. albi vi*ALIONIS ISOCRISVM
*a d in*CIPIENTES SVFFVS ET CLAR

in planitie superiore scariphatum est: SAT////S.

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Mowato subministratum. Ed. Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1884 p. 159 cum imagine (inde Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* (Paris. a. 1890. 8°) p. 228), *bull. archéol. du comité des trav. hist.* 1885 p. 10; Flouest *bull. de la soc. archéol. du Chatillonnais* I (1885) p. 293; Espérandieu n. 182.

Q. Albi Vitalionis che[lidon(ium)] opobalsam(atum) ad calig[inem]. — Q. Albi Vitalionis mixtum ad omnia praeter lippitudin(em). — Q. Albi Vitalionis melinum acre ad pulver(em) et caligine(m). — [Q. Albi Vi]talionis isochrysum [ad in]cipientes suffus(iones) et clar(itatem).

6 Steatitis viridis, long. m. 0,028, lat. m. 0,022, crass. m. 0,006. Rep. a. 1808 (sic pro a. 1807) una cum duodecim aliis (err. pro octo, v. infra n. 110—115. 185) in agro prope *Naix* CAST.; extat *Besançon* in museo quo devenit cum collectione Iohannis Iacobi Bruand.

a ALBVCI · CHELID
AD·CALIGGEN·SCARR

b ALBVCI · MELIN
DELAC·EX·VM·PVL

c ALBVCI·DIAPOBAS
AD·OMN · CAIG ELAC

d ALBVCI·TRIT
AD CLARITVD

in planitie superiore: inferius:

Descripsi ad ectypum cereum Augusti Castan a Mowato subministratum. Ed. Castan *mém. de la soc. d'émul. du Doubs* ser. IV, 3 (1867) p. 33 cum imagine (inde Caumont *bull. mon.* XXXV (1869) p. 224 qui *b* solam habet; Klein *Bonn. Jahrb.* LV p. 101 n. 113); Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* (Paris. a. 1885. 8°) p. 72 n. IX (= *mémoires de la Société des lettres, sciences et arts de Bar-le-Duc* ser. II t. 2, 1883 p. 276) ad ectypum; Espérandieu n. 105; Thédenat *mém. des ant. de Fr.* LIV (1893)

p. 374 cum imagine. Memorant Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 333 *c* solam. Scariphata in planitie utraque memorat Monin *monuments des idiomes gaulois* (1861) p. 14, qui notitiam huius signaculi habuit a Castan.

Albuci chelid(onium) ad calig(inem) (et) gen(arum) scabr(itias). — *Albuci melin(um) delac(rimatorium) ex em(endato) pul(vere).* — *Albuci dia(o)pobals(amum) ad omn(em) calig(inem) delac(rimatorium).* — *Albuci trit(icum?) ad claritud(inem).*

---

7 Steatitis viridis, long. m. 0,032, lat. m. 0,030, crass. m. 0,004; litteris malis dextrorsum scriptis levissime scariphatis. Rep. dicitur prope *Clermont-Ferrand* MOW.; fuit a. 1883 Parisiis apud Henricum Leman negotiatorem; inde venit *Rouen* in domum Belon, ubi extat.

a TЯVTAMA ƎIⱯ∧Ɔ

b OdꞀƎHƆIꞀꞀIƧƧ/VƆ

c. d vacant

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Mowat *bull. des ant. de Fr.* 1883 p. 122; Espérandieu n. 47.

C. Alien(i) Matur[i]. — *C. Vassilli chelido(nium).* Vide ne ficta sit.

---

8 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,038, lat. m. 0,037, crass. m. 0,013. Rep. 21 Iun. a. 1879 *Amiens, à l'extrémité de la rue du Longrang (rue Clabaut* DANIC.), *au faubourg de Beauvais, dans un sarcophage* GARN.; delata in museum publicum.

a Q ALLI TREPTI
NARDINVM /

b Q ALLI THREPTI
DIOXSVS AD CI

c Q ALLI TREPT
TVRINVMAD L

d vacat

Descripsi ad ectypum cereum missum a R. de Guyencourt; misit etiam Mowat. Ed. Garnier *notice sur un cachet d'ocul. rom.* in *Mém. des ant. de Picardie* XXVI (1880) p. 463 cum imagine (inde Desjardins *revue médicale* n. 46 1880 p. 678); Espérandieu n. 5. Memorat Danicourt *revue archéol.* 1886, 1 p. 89.

Q. Alli Threpti nardinum. — *Q. Alli Threpti dioxsus ad ci(catrices).* — *Q. Alli Threpti turinum ad l(ippitudinem).*

9 Steatitis viridis sexangula, long. m. 0,021, lat. m. 0,012, crass. m. 0,004. Rep. *Bavai* paulo ante a. 1873; fuit ibi apud Anatolium Crapez, inde venit a. 1879 *Lille* in museum, ubi extat sub n. 295.



a G·AN·CENSORI
NVS

b. c ornamenta

d CEN

e C

f ЯOTƆIV

in planitie superiore incisum est C; inferius: imago radicis (?)

Ex lapide descripsit Zangemeister a. 1886, ipse descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Desjardins *revue archéol.* XXV (1873) p. 260 cum imagine, *mon. épigr. de Bavai* (Paris. a. 1873. 8°) p. 84 et tab. VI (inde Klein *Bonn. Jahrb.* LV p. 106 n. 114); *catalogue de la collection d'antiquités et de la bibliothèque délaissées par M. A. Crapez à Bavay* (Bruxell. a. 1881. 8°) p. 13 n. 295; Espérandieu n. 17.

G. An(nius?) Censorinus. — Cen(sorinus). — C(. . . . .). — Victor.

---

10 Steatitis cinerea, long. m. 0,027, lat. m. 0,025, crass. m. 0,006. Originis incertae; extat Parisiis in nummophylacio sub n. 4707, 11.

a ANDRONI TALA
SEROS AD CALIG

b ANDRONI
DIACERATOS

c ANƆRƆNI
HARMA

d ANDRONI STRA
TIOTIDES AD C

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. A. Blanchet *bull. des musées* 1892 p. 236; Espérandieu n. 125. Cf. Cagnat *année épigr.* 1893 n. 69.

Androni t(h)alas(s)eros ad calig(inem). — Androni diaceratos. — Androni harma [vel *harma(tion)*]. — *Androni stratiotides ad c[al(iginem)?].*

---

11 Steatitis viridis, long. m. 0,036, lat. m. 0,006, crass. m. 0,009. Rep. a. 1863 *Mandeure* inter rudera theatri antiqui; delata *Montbéliard* in museum societatis archaeologicae (*société d'émulation*).

T·ANTISTI·OMLL
AD·ASPRITVDIN

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Duvernoy *notice sur le pays de Montbéliard* (1873. 8°) p. 15 et tab. XI cf. p. 74; Sichel *nouv. recueil*

p. 87 n. 86 ad ectypum (inde Grotefend *Stempel* p. 15 n. 3, ex hoc Freudenberg *Bonner Jahrb.* XLIV p. 266); Espérandieu n. 94.

Lectio certa est. V. 1 I·ANTISTI·OMLE vel OMVLET habet Sieh., non recte. *T. Antisti Omulli ad aspritudin(es).*

---

12 Schistos viridis, long. m. 0,032, lat. et crass. m. 0,006, rep. a. 1885 in vinea non longe a viculo q. d. *des Fangirons*, in territorio vici *Saint-Etienne-le-Molard* (*Loire*) BRASS.; delatus in vicum *L'Hôpital-sous-Rochefort* in domum Eleutheri Brassart, ubi extat.

SEX·ANTONIAT
TALI·AD CLARITA

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. Brassart *bull. de la Diana* III (1885) p. 132; Allmer *revue épigr.* II (1887) p. 275; Espérandieu n. 163.

Sex. Antoni Attali ad clarita(tem).

---

13 Steatitis nigricans, long. et lat. m. 0,039, crass. m. 0,007. Rep. a. 1836 *Bavai* in horto privato; delata in vicum *Gussignies* in domum comitis de Fourmestraulx Saint-Denis; postea Mentonam ad Flaviam Richard filiam eius; inde fuit in vico *Garges* prope *Gonesse* (*Seine et Oise*) in domo baronis L'Huillier, qui vendidit a. 1895 museo bibliothecae Parisinae (*cabinet des médailles*), ubi extat sub n. M 988.

a L ANTONI EPICTETI
DIALEPIDOS ACDIA

b L ANTONI EPICETI
DIAMISYOS AD C

c L ANTONI EPICTETI
DIARODON AD IMP

d L ANTO EPICTETI
STACTVM AD CLA

Descripsimus Hirschfeld ad ectypum, ego ad lapidem. Ed. A. Dinaux in ephem. *écho de la frontière* 10 Nov. 1836 (inde *l'Institut*, sect. II (1837) p. 111; Becker *neue Jahrb. für Philol. u. Pädag.* 1858 p. 588; Bégin *lettres* (= *mém. de l'Acad. de Metz* 21, 2, 1840) p. 131; Grotefend *Philol.* XIV p. 628 n. 74, *Stempel* p. 17 n. 4, ex hoc Wilmanns *exempla* n. 2755); Schuermans *revue archéol.* n. s. XVI (1867) p. 76, qui ineditam putat; Desjardins *mon. épigr. de Bavai* p. 103 et tab. VII fig. 2; Espérandieu n. 18 imperfecte ad ectypum. Memorant Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 850; Babelon *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 190.

L. Antoni Epicteti dialepidos ad dia(theses). — *L. Antoni Epicteti diamisyos ad c(icatrices?)* — *L. Antoni Epicteti diarodon ad imp(etum)* (scil. *lippitudinis*). — *L. Anto(ni) Epicteti stactum ad cla(ritatem).*

14 Schistos niger, long. m. 0,041, lat. m. 0,022, crass. m. 0,009. Rep. a. 1888 *Rittersdorf* prope *Bitburg* ZANG. sched.; delatus Kyllburgum in domum Binzianam, inde in museum Trevericum, ubi extat sub n. 19733.

a CROCOD AD ASP
SECVND ANTON

b. d vacant

c CRO DIALAPIDO
ANTONI MEDICI

Descripsimus ad lapidem Hirschfeld, ego ex ectypo cereo in schedis Caroli Zangemeister invento. Ed. Hettner *Westd. Korr.-Bl.* VII (1888) p. 49 n. 40 (inde Espérandieu n. 34), *ill. Führer durch das Provinzialmuseum zu Trier* (1903) p. 112 litteris cursivis. Cf. Cagnat *année épigr.* 1888 n. 82.

Crocod(es) ad asp(ritudines) Secund(i) Antoni. — Cro(codes) dialapido(s) Antoni medici.

c litt. dissimil., sine dubio postea addita est.

---

15 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,046, lat. m. 0,009, crass. m. 0,008. Rep. 14 Ian. a. 1892 *Amiens dans une sépulture gallo-romaine faisant partie d'un cimetière situé en haut de la rue Saint-Louis, près du manège* VILL.-THÉD.; delata ad Leonem Palustre Turonensem, post cuius mortem pervenit in museum Andecavense.

a ///APLAVSTI STACTVS AD SCA
/////AS GENAS ET KALIGINES

b APOLAVSTIC

c /////// ?SII//PDCEDS A//
/// /////////////I//////////

d APOLAVSTIST

in margine, ab una parte: X|T/Φ|O (Χριστοφορου?); ab altera: Ⓨ

Descripsi ad ectypum cereum a Leone Palustre missum; misit etiam S. de Ricci. Ed. Villefosse *bull. mon.* 1883 p. 666 cum imagine; Espérandieu n. 6. — Siglae Ⓨ mentionem fecit Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 16 not. 3 (inde Espérandieu *recueil* p. 105 not. 2), nesciens huc eam pertinere. Memorat Danicourt *revue archéol.* 1886, 1 p. 89.

[Ap]olausti stactus ad sca[br]as genas et kaligines. — Apolausti c(rocodes?). — [Apola]usti [c]rocodes a[d . . . . — Apolausti st(actum).

16 Schistos niger, long. m. 0,054, lat. m. 0,052, crass. m. 0,01. Rep. a. 1846 in territorio vici *Vertus* (*Marne*) loco dicto *le Mont-Aimé* JOURN. DE REIMS (a. 1847 *Reims, dans des fouilles faites pour des constructions* SICH. similiterque RELIQ. errore); delatus Divionem in domum Ludovici Lucas, ubi extat. In utroque latere est cavitas rotunda.

a T ASVETIN·I SEVE
RI · STACTVM·ADC

b ////IRRI FIRMINN Co//
/VM OPOBALSA////////

c. d vacant

Descripsi ad ectypum cereum a possessore datum; misit etiam Robertus Mowat. Ed. *Journal de Reims* 5 Iul. 1846; Sichel *union médicale* 1851 n. 104, *annales d'ocul.* XXVI p. 177, *nouv. recueil* p. 22 n. 69 (inde Grotefend *Stempel* p. 18 n. 5); Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 177 cum imagine; Th. Habert *poterie parlante* (Paris. a. 1893. 4°) p. 171; Espérandieu n. 140. Memorat O. Guelliot *deux nouveaux oculistes gallo-romains* p. 1 not. 1 = *mém. de l'acad. de Reims* t. CVII p. 186.

T. Asuetini Severi stactum ad c(*aliginem*?). — [. . . *B*]*irri* (aut aliud nomen) *Firminiani co*[*llyri*]*um opobalsa*[*matum*].

b v. 2 ext. potest item esse *opobals*(*amatum*) *a*[*d* . . . . .

17 *Petite pierre d'un gris-verdâtre, oblongue, polie, peu épaisse, réduite presque entièrement à la forme triangulaire par la cassure de l'angle supérieur gauche, portant en lettres gravées en creux sur deux tranches ces caractères*: . . . BERTH. Lambaesi rep. a. 1853; periit aut latet.

a C ASVT AMAND
STACT AD ASPRIT

b C ASVT AMAND
PVNCT AD EPIFOR

c. d perierunt

Bertherand *revue africaine* XIX (1875) p. 437 = *recherches des cachets d'oculistes romains dans le Nord de l'Afrique* (Alger a. 1876. 8°) p. 5. Inde pendent Villefosse *bull. critique* II (1881—1882) p. 447; Julliot *revue des soc. sav.* ser. VII, 4 (1881) p. 74; Papier *bull. de l'acad. d'Hippone* 1891 p. XLIII; Espérandieu n. 78; *C. I. L.* VIII 22650. Memorat Desjardins *revue médicale* 1880 p. 68.

C. Asut(*i*) *Amand*(*i*) *stact*(*um*) *ad asprit*(*udines*). — *C. Asut*(*i*) *Amandi punct*(*um*) *ad epifor*(*as*).

Lectio non plane certa est.

18 Steatitis viridis, long. m. 0,030, lat. m. 0,009, crass. m. 0,008. Rep. circa a. 1843 prope *Beaune*; fuit ibi in domo Joanne SICH. (in schedis), inde venit in museum Lugdunense ALLM.

a C·ATTICI·LATIN
IVL · CHELIDON

b. d vacant

c LATINI·ET·IVLI
DIABSORICVM

Descripsimus Hirschfeld et ego; ectypum cereum mihi misit Robertus Mowat. Ed. Saint-Mémin *mém. de la comm. des ant. de la Côte-d'Or* II (1847) p. 188; Comarmond *musée lapidaire de Lyon* (Lugd. a. 1846—1854. 4°) p. 423 n. 200 (inde Grotefend *Philol.* XXV p. 155 n. 81) et melius *descript. des antiquités de la ville de Lyon* (Lugd. a. 1855—1857. 4°) p. 520); Grotefend *Stempel* p. 29 n. 6 ad ectypum; Allmer-Dissard *musée de Lyon* (Lugd. a. 1888—1892. 4°) IV p. 509 (inde Espérandieu n. 27). A prioribus, ut videtur, Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 339; Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* p. 128 n. 150.

b v. 2 DIAPSORICVM Allmer.

C. Attici Latin(i) (et) Iul(i) chelidon(ium). — Latini et Iuli diabsoricum.

---

19 Schistos niger, long. m. 0,053, lat. m. 0,046, crass. m. 0,009. Rep. a. 1854 Apuli *bei Fortificationsarbeiten* SCHN.; fuit ibi apud doctorem A. Ötvös, inde pervenit in museum Vindobonense.

a T ATTI DIVIXTIDIA
ZMYRNES POST IMP LIP

b T ATTI DVIXT NAR
DINVM AD IMPT LIP

c T·ATI·DIVIXTI·DIAMI
SVS·AD VETERES CIC

d ·T·ATTI·DIVIXTI DIA
LIBANV AD IMP EXOVO

Descripsi ad ectypum gypseum optime factum, a doctore Roberto von Schneider, musei Vindobonensis praefecto, missum. Ed. *Mittheilungen der k. k. Central-Commission* 1857 p. 287; Grotefend *epigraphisches* I (Hannover a. 1857. 8°) p. 6, *Mittheil. der k. k. Central-Comm.* 1858 p. 51, *Philol.* XIII p. 128 n. 3, *Stempel* p. 22 n. 7; Ackner et Müller *Die röm. inschr. im Dacien* (Vindob. a. 1865. 8°) p. 112 n. 536; Sacken et Kenner *k. k. Münz- u. Antiken-Cabinet* (1866) p. 127 n. 11; *C. I. L.* III n. 1636 (inde Wilmanns *exempla* n. 2758); Espérandieu n. 76. Memorat Becker *neue Jahrb. für Philol.* 1858 p. 587.

b v. 1 I inter D et V extitisse non videtur.

T. Atti Divixti diazmyrnes post imp(etum) lip(pitudinis). — T. Atti D(i)vixt(i) nardinum ad impet(um) lip(pitudinis). — T. At(t)i Divixti diamisus ad veteres cic(atrices). — T. Atti Divixti dialibanu(m) ad imp(etum) ex ovo.

20 Schistos viridis, long. m. 0,060, lat. m. 0,023, crass. m. 0,011. Rep. m. Octob. a. 1882 Augustae Trevererum inter rudera thermarum S. Barbarae; extat ibi in museo provinciali sub n. 6157.

a C ATTI VICTORINI MIXTVM
OPOBALSAMVM AD CLAR

b. d vacant

c C ATTI VICTORINI Π
DIAMIS AD CICATRI

Descripsi ad ectypum cereum missum a doctore Lehner musei provincialis praefecto. Ed. *Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr.* 1882 p. 3; Espérandieu n. 180.

C. Atti Victorini mixtum opobalsa[*mat*]*u*[*m*] *ad clar*(*itatem*). — *C. Atti Victorini diamis*(*us*) *ad cicatri*(*ces*).

c litt. dissimil., probabiliter postea addita est.

21 Schistos viridis, long. et lat. m. 0,042, crass. m. 0,009. Rep. a. 1825 prope *Saint-Chéron* (*Seine-et-Oise*) ad vicum q. d. *Saint-Evroult* DVCH.; fuit ibi in domo Buchère SICH. (in schedis); ubi hodie sit ignoratur.

M C CELSINI
DIAMISVS A V CIC

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Duchalais *observ.* p. 75 = *mém. des antiq. de France* XVIII (1846) p. 230 acceptum a Longpérier (inde Grotefend *Philol.* XIII p. 129 n. 4; Anonymus *mém. de la soc. d'archéol. d'Avranches* V (1882) suppl. p. 107; Espérandieu n. 161). Memorat Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 851.

M. C(. . .) *Celsini diamisus a*(*d*) *v*(*eteres*) *cic*(*atrices*).

Signaculum medici ocularii 'aeneum' eodem loco repertum indicatur *revue des soc. sav.* IX (1868) p. 28 (inde Klein *Bonn. Jahrb.* LXXVII (1884) n. 127; Espérandieu p. 105 n. 7) sine dubio idem ac lapis noster.

22 Steatitis viridis, long. m. 0,053, lat. et crass. m. 0,008. Rep. a. 1845 prope *Nuits* (*Côte-d'Or*) in fundo q. d. *de Bolar* DVRET; ibi in museo.

a C DEDEMONIS AMBROS
IVM AD KALICINEM E CL

b C DEDEMONIS THEOCH
IST AD EPIPHORA EX OVOER

c C DEDEMONIS MELINVM
AD CLARITATEM ET CALIGI-C

d C DEDEMONIS MELINV
M AD CLARITATEM ET KA

in margine sin., litteris graphio scriptis:

Contulit Hirschfeld; ego descripsi ad ectypum cereum a doctore Marchant Divionensi missum. Ed. Duret apud Vienne *essai hist. sur Nuits* (Divion. a. 1845. 8°) p. 370 et tab. IV fig. 1; Fevret de Saint-Mémin *note additionnelle* in *mém. de la Comm. des ant. de la Côte-d'Or* II (1846) p. 187 cum imagine; Sichel *nouv. recueil* p. 39 (inde Grotefend *Philol.* XIV p. 630, *Stempel* p. 44 n. 26; Bigarne *mém. de la soc. éduenne* n. s. VII (1878) p. 388). A prioribus Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* p. 186; Espérandieu n. 36. Memorat Schuermans *épigr. rom. de la Belgique* II (Bruxell. a. 1883. 8°) p. 216.

a v. 2 ext. MECL Dur., Saint-Mém.; — *b* v. 2 ext. T-R, Duret male.

C(...) Dedemonis ambrosium ad kaliginem et cl(aritatem). — *C(...) Dedemonis theoch(r)iston ad epiphora(s) ex ovo ter.* — *C(...) Dedemonis melinum ad claritatem et caligi(nem).* — *C(...) Dedemonis melinum ad claritatem et ka(liginem).*

Quid litterae graphio scriptae significent, non perspicitur.

---

23 Steatitis viridis, long. m. 0,042, lat. m. 0,023, crass. m. 0,008. Rep. a. 1845 in vico *Thouri* (*Loir-et-Cher*); delata Parisios ad Daremberg medicum, qui dedit rectori academiae Lugdunensis de la Saussaye sicn.; hodie apud filium eius prope *Blois*.

a T C PHILVMENIA V
THEMERVM AD IM

b T · C · PHI · L *u. me. n*
I · D I · A *myr. nes ...*

c periit

d *t c phil*VMENI TVR
inum a SVPPVR *t*

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Sichel *cinq cachets* p. 13 n. 43, cui Daremberg miserat; Duchalais *observ.* p. 26 cf. p. 81 = *mém. des antiquaires de France* XVIII (1846) p. 182 cf. p. 237, qui vidit

(inde Espérandieu n. 177). A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 129, *Stempel* p. 24 n. 9. Memorat Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 851.

b v. 2 omisit Sichel.

T. C(...) Philumeni authemerum ad imp(etum). — *T. C(....) Phil[umen]i dias[myrnes...].* — *[T. C(....) Phil]umeni tur[inum a]d suppura[t(iones)].*

---

24 Schistos cinereus, long. m. 0,036, lat. m. 0,032, crass. m. 0,008. Rep. a. 1879 exeunte prope stagnum q. d. *des Pelluys*, iuxta viam ad vicum *Soings* ducentem, in territorio vici *Fontaine-en-Sologne*, *en curant le fossé qui sert d'écoulement à la bonde de cet étang* ROCH.; delatus *Blois* in domum Bretonneau *rue des Trois-Marchands*, ubi extat.

a M C RECTIΦ
CHLORON

b M C RECTI A
N I C E T V M

c M C RECTI PE
L A G I V M

d M C RECTI DIA
⊲ GLAVCEN ⊳

Descripsi ad ectypum cereum ab Henrico de la Vallière missum. Exhibent de Rochambeau *bull. des ant. de Fr.* 1879 p. 285, *rev. archéol.* XXXIX (1880) p. 178 (inde Julliot *rev. des soc. sav.* ser. VII, 4 (1881) p. 72); Espérandieu n. 64. Memorat Desjardins *revue médicale* 1880 p. 72.

M. C(laudi?) Recti chloron. — *M. C(laudi?) Recti anicetum.* — *M. C(laudi?) Recti pelagium.* — *M. C(laudi?) Recti diaglaucen.*

---

25 Porphyrites lapis JACOBI, long. m. 0,041, lat. et crass. m. 0,009. Rep. d. 16 Iun. a. 1902 inter rudera castelli limitis romani Saalburgensis, ubi extat in museo.

a C·XANTHI PEN
ICILLE AT IMP

b C·XANTHI ⊐IA
MISVS A⊐ ASP

c

d 

Descripsi et edidi *revue épigr.* 1902 p. 250 ad ectypum cereum missum ab Henrico Jacobi. Ed. Jacobi *Saalburg, Berichte über die Arbeiten im Jahre 1902* p. 6.

C(...) Xanthi penicille at imp(etum). — *C(...) Xanthi diamisus ad asp(ritudines).*

26 Steatitis subflava. Rep. nescio quo anno *Brumath*; habuit Vincentius Weinum Hagenoviae magistratus RAV.; ubi hodie sit ignoratur.

a GAI CAE CATOD
STACTVM OPOB AD
b CATODI ALBVM L
ENEM AD IMPET
c CATODI DIAL
EPIDOS CROC
d IVNI HELI
DIAMISVS

Eloi Johanneau apud Bottin *mélanges* p. 115 cf. p. 109, ad ectypum quod Bottin acceperat a Schweighäuser (inde Duchalais *observ.* p. 61 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII 1846 p. 218); Ravenez in translat. *Alsat. illustr.* Schoepflini III (1852) p. 129 et tab. XII (inde Brambach *C. I. Rh.* n. 1901; Grotefend *Philol.* XIII p. 130 n. 6, *Stempel* p. 25 n. 10; Espérandieu n. 41). Cf. Fröhner *kritische Analekten* p. 87 n. 93. Memorat Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 852.

b v. 2 ENEM AD IMP·LI Johan., qui *d* non habet.

Gai Cae(. . .) Catodi stactum opob(alsamatum) a(d) d(iatheses?). — Catodi album lenem(entum) ad impet(um scil. *lippitudinis). — Catodi dialepidos croc(odes). — Iuni Heli diamisus.*

---

27 Schistos viridis, formae singularis, long. m. 0,040, lat. m. 0,024, crass. m. 0,005. Tarracone rep.; fuit olim Matriti apud Eusebium de Valldeperas, ibi extat in museo archaeologico.



a DIA

b CAE·DIADV
STACTVM·

c CAE·DIADV

d CAE·DIADV
SPODIAC

in planitie superiore scariphatum est
NNA = *Ann(i)?*

Descripsi ad exemplar photographum quod Rodolfo del Castillo medico Matritensi debeo. Ed. Hübner *C. I. L.* II 6250 ad ectypum; Espérandieu n. 92*bis*; Rodolfo del Castillo *oftalmologia* p. 26 cum imagine photographa.

d v. 2 SPOD·IAC Hübn. male.

Dia(dumeni?). — Cae(. . .) Diadu(meni) stactum. — Cae(. . . .) Diadu(meni). — Cae(. . .) Diadu(meni) spodiac(um).

28 Tabula haud dubie gallicae originis, sed quo loco reperta sit ignoratur; fuit a. 1767 in collegio societatis Iesu Lugdunensi, ubi vidit de Tersan. Periit aut latet.

a L·CAEMI·PATERNI·AVTHE
MER·LEN·EX·O·ACR·EX·AQ

b L·CAEMI·PATERN·STAC
TON·AD·C·SC·ET·CL

c L·CAEMI·PATERNI·CRO
COD·AD·ASPRITVDIN

d L·CAEMI·PATERN·CHE
LID·AD·GENAR·CICA

in planitie superiore tractu cum quatuor lateribus congruente litterae primae medicamentorum sic incisae sunt:

AV, ST, CR, CH

Ed. Grivaud de la Vincelle *recueil des mon. ant.* II p. 286 et tab. XXXVI fig. 2. Inde pendent reliqui: Büsching *Wiener Jahrb. der Literatur* VI (1819) p. 194; Duchalais *observ.* p. 68 cf. p. 82 = *mém. des antiq. de Fr.* XVIII (1846) p. 225; Grotefend Philol. XIII p. 131 n. 7, *Stempel* p. 27 n. 11; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 26 *a* solam; Espérandieu n. 88. Memorat Bunnel-Lewis *archaeological journal* XLV (1888) p. 226 *d* solam.

L. Caemi Paterni authemer(um) len(e) ex o(vo) acr(e) ex aq(ua). — L. Caemi Paterni stacton ad [g(enas)] sc(issas) et cl(aritatem). — L. Caemi Paterni crocod(es) ad aspritudin(es). — L. Caemi Paterni chelid(onium) ad genar(um) cica(trices).

---

29 Lapillus viridis. Rep. a. 1728 in agro prope *Saint-Marcouf* (*Manche*); fuit ibi in domo Frigot, inde a. 1729 Parisiis apud Antonium de la Roque. Videtur periisse.

a Q·CAER QVINTIL
ANI DIASMYRN

b QVINTILIANI
CROCOD

c QVINTILIANI
STACT AD CLA

d QVINTILIANI
DIALEPID

[A. De La Roque] *Mercure de France* Ian. 1729 p. 13, cf. Octob. 1734 p. 2197; Lebeuf *ibid.* Iun. 1729 p. 1112 (inde per Bimardum Murat. 508, 1, ex hoc Wesseling in *actis societ. lat. Jenensis* III (1754) p. 51, Caylus *rec. d'ant.* I p. 228; Walch *sigil.* p. 27, *antiquit.* p. 61, ex hoc Jugler *biblioth.*

ophthalm. specimen p. 68 sine textu; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 233; Espérandieu n. 164). A prioribus Saxius *epist.* p. 42, ex hoc Janssen *revue archéol.* VI (1848) p. 579 *b* solam; Tôchon d'Anneci *dissert.* n. 7; Kühn *index medic. ocul.* X, 7; Grotefend *Philol.* XIII p. 132 n. 8, *Stempel* p. 28 n. 12. Memorat Lenz apud Millin *magasin encyclop.* I (1809) p. 111 *c* solam.

Q. Caer(. . . .) Quintil[i]ani diasmyrn(es). — Quintiliani crocod(es). — Quintiliani stact(um) ad cla(ritatem). — Quintiliani dialepid(os).

a v. 1 potest fuisse *Q. Carm(ini)*; cf. infra n. 32.

---

30 Schistos viridis, long. m. 0,029, lat. m. 0,011, crass. m. 0,004. Rep. a. 1880 *à Sens dans les sables de l'Yonne* IVLL.; extat ibi in domo Julliot.

LENEM · BON

in planitie superiore, litteris cursivis, graphio scriptum est:

CAMPANI

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum; misit etiam Robertus Mowat. Ed. Julliot *revue des soc. sav.* ser. VII, 4 (1881) p. 223, idem *notice sur trois cachets* p. 1 et tab. n. 1 = *bull. de la soc. archéol. de Sens* XIII (1885) p. 276, cf. p. 282 (inde opinor Arnauldet *inscr. ant. de la IV^e Lyonnaise* pars II (Paris. a. 1896. 8°) p. 30 = *mém. des ant. de Fr.* LV (1894) p. 294); Villefosse-Thédenat *cachets* p. 187 n. 16 ad ectypum cum imagine; Espérandieu n. 169. Vide Fröhner *kritische Analekten* p. 87.

Lenem(entum) bon(um).

---

31 Gemma [re vera steatitis nigricans long. m. 0,048, lat. m. 0,036, crass. m. 0,009], non absimilis molochitae, sed paulo obscurior DVPVY loco non enuntiato. Genuae SPON, errore ut videtur pro vocabulo *gemma.* Extat Parisiis in nummophylacio sub n. 4707, 9.

a C CAP SABINIANI NAR
DINVM AD IMPETVM

b SABINIANI CLO
RON AD CLAR

c C CAP SABINIANI DIAB
SORICVM AD CALIG

d SABINIANI CHE
LEDON AD CLA

in planitie superiore, tractu cum lateribus *a b d* congruente, litterae primae medicamentorum trium sic incisae sunt:

N, CL, C

in inferiore:

TN

Descripsi. Cod. Paris. Dupuy 667 f. 115 eodemque exemplo cod.

Barb. XXX, 92 f. 79. Indidem Spon *miscell.* p. 237 ex schedis Peirescii (inde posteriores: Caylus *recueil d'ant.* I p. 227; Walch *sigil.* p. 30, *antiquit.* p. 67, ex hoc Jugler *bibl.* p. 69 sine textu; Saxius *epist.* p. 32; [In de Betouw] *de operculis pyxidum M. Ulpii Heracletis myropolae prope Neomagum inventis* (Neomagi 1787. 8°) p. 5; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 231; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 61 n. 3; Kühn *index med. ocul.* XI, 10; Grotefend *Philol.* XIII p. 132 n. 9, *Stempel* p. 29 n. 13; *C. I. L.* V, 8124[1]; Espérandieu n. 66). Memorat Blanchet *bull. des musées* 3, 1892 p. 238.

C. Cap(...) Sabiniani nardinum ad impetum. — Sabiniani chloron ad clar(itatem). — C. Cap(...) Sabiniani diabsoricum ad calig(inem). — Sabiniani cheledon(ium) ad cla(ritatem).

---

32 Steatitis viridis, long. m. 0,058, lat. m. 0,032, crass. m. 0,011. Rep. Mogontiaci nescio quo anno; extat ibi in museo.

a Q CARMINI·QVINTILIAN
DIALEP·CROCOCES·AD ASPRIT

b. d vacant

c Q·CARMIN·QVINTILIAN
PENICILLE·AD OMNE·LIPP·EXOV

Contulit Zangemeister; descripsi ad ectypum cereum a doctore Lindenschmit, musei Mogontiacensis praefecto, missum. Ed. Grotefend *Philol.* XIII p. 133 n. 10, *Stempel* p. 30 n. 14 (inde Wilmanns *exempla* n. 2756); *Bonner Jahrb.* XLIV (1868) p. 267; Becker *Zeitschr. des Vereins zu Mainz* II p. 215 n. 57, *die römischen Inschrift. des Museums zu Mainz* p. 111; Espérandieu n. 100. A prioribus opinor Brambach *C. I. Rh.* n. 1297. Cf. Fröhner *kritische Analekten* p. 88.

Q. Carmini Quintilian(i) dialep(idos) crocodes ad asprit(udines). — Q. Carmin(i) Quintilian(i) penicille ad omne(m) lipp(itudinem) ex ov(o).

Ad eundem medicum videtur pertinere signaculum sequens; cf. supra n. 29.

---

33 Steatitis viridis, long. m. 0,051, lat. m. 0,034, crass. m. 0,008. Gothae in museo archaeologico, unde provenerit ignoratur. ('*Vermuthlich in hiesiger Gegend gefunden*' LENZ. '*Angeblich hat der Maler Grassi ihn in Herculaneum gefunden!*' ZANG.).

a QCARMINQVINTILIAN ST
ACT AD OMN CLARITAT

b T CL APOLLINARIS DI
ALEPIDOS AD CLARI



Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Fröhnero datum. Ed. Lenz-Böttiger *Neuer Teutscher Merkur* III (1808) p. 29. 31, *magasin encyclop.* 1809 I p. 108 (inde Fevret de Saint-Mémin *descript.* p. 28; Duchalais *observ.* p. 71 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 228; Grotefend *Philol.* XIII p. 135 n. 13, *Stempel* p. 35 n. 18, ex hoc Wilmanns *exempla* n. 2756*a*); Zangemeister *Hermes* II (1867) p. 314, *Archaeol. Anzeiger* 1867 p. 67 cum imagine (inde Huebner *exempla* p. 434 n. 1202 *a* solam); Espérandieu n. 68. Memorat Wetzel *note* p. 13 male.

81 Steatitis viridis fastigata, long. et lat. m. 0,035, crass. m. 0,005. Rep. nescio quo anno Lugduni in Arare *en amont du pont du Change* BOISS.; fuit ibi apud Thibaut, postea delata Viennam ad Girardum bibliopolam SICH., inde Massiliam ad Hippolytum Augier, Parisios in museum Augusti Parent (Oct. 1867). Anno 1880 negotiatores Rollin et Feuardent museo Britannico vendiderunt.

a ///·HIRPIDI·POLYTIM

b ACHARISTVM

c DIAGLAVCEV

d DICENTETVM

in plano anulus impressus est.

Descripsi ad ectypum cereum missum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto. Ed. Sichel *cinq cachets* p. 15 ad ectypum; Duchalais *observ.* p. 52 ex apographo Caroli Lenormant cf. p. 80 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 209; de Boissieu *inscript. ant. de Lyon* p. 453 cum imagine (inde Steyert *hist. de Lyon* I p. 375); Comarmond *musée lapidaire de Lyon* p. 426 n. 15; Monfalcon Lugd. hist. monum. pars I p. 100 n. 441 male = *hist. mon. de la ville de Lyon* VII p. 100 n. 441; Espérandieu n. 91. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII, p. 140, *Stempel* p. 57 n. 38; Poncet *hist. de la médecine à Lyon* p. 17.

. . . Hirpidi Polytimi — acharistum, — diaglauceu(m), — dicentetum.

82 Schistos viridis fastigatus, long. m. 0,055, lat. m. 0,049, crass. m. 0,008. Rep. nescio quo anno in regione q. d. *de Vaucluse* ALLM. (Vesontione *dans des fouilles* SICH., per errorem); delatus Lugdunum ad negotiatorem Vaganay qui vendidit a. 1866 Sichelio medico; iam Parisiis apud Robertum Mowat.

a L·I·DOCILAE CROCO
DES DIAMŸSEOS A D

b L·I·DOCIL·AMBROSIVM
OPOBALSAM·AD·CLAR

c L·I·DOCILAE PENICIL
[illegible]VMAVTHEMER EX ⊙

d L·I·DOCILAE·DIACINNA
BAREOS AD CLAR·OCVI

in planitie superiore:



inferius:



Descripsi. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 104 (inde Grotefend *Stempel* p. 65 n. 44); Henzen *bull. inst. arch.* 1866 p. 66 ex apographo Allmeri; Espérandieu n. 30.

L. I(uli) Docilae crocodes diamyseos a(d) d(iathesis?). — L. I(uli) Docil(ae) ambrosium opobalsam(atum) ad clari(tatem). — L. I(uli) Docilae penicillum authemer(um) ex ov(o). — L. I(uli) Docilae diacinnabareos ad clar(itatem) ocul(orum).

In planitie Mowat in litteris a. 1879 ad Hirschfeldum datis recte explicat *L. I(uli) Docilae*; in fine legit PL, fortasse *p(enicil)l(um)*.

---

83 Steatitis viridis, long. m. 0,042, lat. m. 0,040, crass. m. 0,007. Rep. a. 1882 Remis in coemeterio romano suburbii q. d. *la Porte de Paris* VILL.; iam in museo. In utroque latere est cavitas rotunda.

a
IANVAR·DIAPSORI
CVM·AD·CLARITA

b
IANVAR·EVVODES
AD·ASPRITVDNES<

c
IANVAR·DIASMYR
NES POST·MP·EX·OV<

d
IANVAR·LENEM
AD·IMP·L·EX·OV<

Descripsi. Ed. Loriquet *travaux de l'acad. de Reims* 72, 1883 p. 154—158 cum imagine tab. II fig. 8; Héron de Villefosse *bull. épigr.* 1883 p. 115 ex exemplo Ludovici Demaison, cf. Fröhner *kritische Analekten* p. 87; Th. Habert *poterie parlante* p. 169; Espérandieu n. 147.

Ianuar(i) diapsoricum ad clarita(tem). — Ianuar(i) euvodes ad aspritudines. — Ianuar(i) diasmyrnes post imp(etum) ex ovo. — Ianuar(i) lenem(entum) ad imp(etum) l(ippitudinis) ex ovo.

---

84 Schistos viridis, long. m. 0,035, lat. m. 0,023, crass. m. 0,008. Rep. a. 1858 in agro prope Alesiam una cum bilance et ansis vasculi aenei. Extat Divione apud Marchant medicum.

a

b. c. d vacant

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Exhibent Villefosse-Thédenat *bull. mon.* XLIX (1883) p. 164; Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* p. 33; Espérandieu n. 1.

Idonei ad dia(thesis) ynudin(um) bis vi(ride) explicant Villefosse-Thédenat; fueritne *ynudin(um) bisul(cum)*?

---

85 Schistos viridis fastigatus, long. m. 0,049, lat. m. 0,038, crass. m. 0,010. Rep. a. 1893 in territorio vici *Neuville-sur-Sarthe*, prope fundum domini de Montesson, in sepulcro VILL.; extat

Couléon prope *La Chapelle-Saint-Remy* (*Sarthe*) apud vicecomitem Menjot d'Elbène.

a G ING VRBICI DIOX
VS AD DIATHES ET DOL

b G ING VRBIC D
IALP AD ASRIT

c C·ING·VRBICI·DIOX
VS·AD·DIATHS·ET·DOL

d G·ING·VRBICI
ISOCRIS·AD CL

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1894 p. 106 ad ectypum (inde Espérandieu n. 116 bis).

G. Ing(enui) Urbici dioxus ad diathes(is) et dol(ores). — *G. Ing(enui) Urbici dialep(idos) ad asprit(udines).* — *C. Ing(enui) Urbici dioxus ad diathes(is) et dol(ores).* — *G. Ing(enui) Urbici isocrys(um) ad cl(aritatem).*

---

86 Steatitis viridis, long. m. 0,037, lat. m. 0,036, crass. m. 0,007. Rep. m. Febr. a. 1837 *Bavai*; delata in vicum *Gussignies* in domum comitis de Fourmestraulx Saint-Denis; postea Mentonam ad Flaviam Richard filiam eius hodie defunctam; ubi extet nescio.

a ISADELFI CROCo
DES AD ASPRIT·

b SADELFI DIAOPO
LSAMV AD CALI

c ISADELFI NARDI
NVM AD DIATHESI

d ISADELFI DIARH
ODON AD OMNI

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato subministratum. Ed. Dinaux in ephemeride *écho de la frontière* 23 Febr. 1837; Schuermans *revue archéol.* ser. nov. XVI (1867) p. 75 imperfecte, cf. Roulez *ibid.* p. 182 (inde Grotefend *bull. dell' Instituto* 1870 p. 188); Desjardins *mon. épigr. de Bavai* p. 98 et tab. VIII fig. 1 (inde Klein *Bonner Jahrb.* LV p. 114 n. 117; Espérandieu n. 21). Memorat Lebeau in *Archives du Nord* 1844 p. 261.

d v. 2 ext. OMNL Desj. male; littera V certa est.

Isadelfi crocodes ad asprit(udines). — *[I]sadelfi diaopo[ba]lsamu(m) ad cali(ginem).* — *Isadelfi nardinum ad diathesi(s).* — *Isadelfi diarhodon ad omn(ia) v(itia).*

---

87 Steatitis viridis, long. m. 0,032, lat. m. 0,020, crass. m. 0,005. Rep. a. 1877 prope *Bagnols* (*Gard*) in loco dicto *l'Etang*; fuit ibi in museo ex dono Ludovici Alègre; a. 1889 subrepta.

a IVLI THALASS

b TRIVLI

c IVLI·DIAMS

d IVLI DIA

Descripsi ex ectypo cereo in schedis Augusti Allmer mihi datis invento; dedit etiam Robertus Mowat. Ed. Alègre *bull. de la Drôme* XII (1878) p. 56 (inde A. Puech *mém. de l'acad. de Nimes* XLII (1878) p. 411 = *les chirurgiens d'autrefois à Nimes* p. 71); Allmer *revue épigr.* I (1881) p. 230 (inde Espérandieu n. 15); Hirschfeld *C. I. L.* XII 5691, 6 qui vidit.

b ERIVLI Allm. male.

Iuli thalass(eros). — [*T.*] *R(. . . .) Iuli.* — *Iuli diames(us).* — *Iuli dia(. . . .).*

---

88 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,036, lat. m. 0,013, crass. m. 0,007. Rep. a. 1881 *Lillebonne en ouvrant une tranchée dans le chemin d'Alincourt, près de l'usine à gaz* VILL.-THÉD.; dono Brianchoni inlata museo Havrensi.



Descripsi ad ectypum gypseum ab Allmero datum. Ed. Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 156 cum imagine; Espérandieu n. 81.

C. Iul(i) A . . . . — [*C. Iuli*] *A . . . .*

---

89 Steatitis nigra, long. et lat. m. 0,038, crass. m. 0,009. Rep. paulo ante a. 1847 *Bavai*; fuit ibi apud Anatolium Crapez, inde venit a. 1879 *Lille* in museum, ubi extat sub n. 294.

ego:	*Zangemeister:*
a ΣIAMAΛ/DIPE ИICILEMEXO	
b //////////////VP//I//// //////////I//////////I /	*b* //Γ'IEI⁄TISV⁄ᵗEI /////////////I L

	ego:	*Zangemeister:*	
c	LIVLAMANL[illegible] DIAMIAD[illegible]	*c*	LIVLAMANL[illegible] sic DIAMISADVIFC
d	[illegible]PIENTISVPERS [illegible]EVVOD AD GENR[illegible]		

Descripsit lapidem Zangemeister; ego descripsi ut potui ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 25 imperfecte ad ectypum (inde Grotefend *Stempel* p. 60 n. 39); Desjardins qui vidit *rev. archéol.* XXV (1873) p. 263, *mon. épigr. de Bavai* p. 91 et tab. VI fig. 3 (inde Espérandieu n. 23); *Catalogue de la coll. d'antiquités délaissées par M. A. Crapez dont la vente aura lieu à Bavay les 12.—13. Mai 1881* (Bruxell. a. 1881) p. 12 n. 292.

b .....I.I..SVPER | .....I.....IK Desj. — *c* v. 2 'S et deinde VIFC aegre leguntur' Zang. — DIAMISAVETI; *d* v. 2 ext. GENRT Desj.

L. I(uli) Amandi penicilem ex o(vo). — [*S.*] *Pienti Super*[*stitis?*] ..... — *L. Iul(i) Amand(i) diami(sus) ad v*[*et(eres)*] *c(icatrices?).* — *S. Pienti Supers(titis?) euvod*[*es*] *ad gen(as) re(tortas?).*

---

90 *Antiquité . . . entre les mains de M. du Peyrat, lieutenant particulier assesseur civil en la sénéchaussée d'Uzerche; c'est une pièce de marbre d'un poulce 4 lignes* $^1/_2$ *en quarré et deux lignes* $^1/_2$ *d'épaisseur; cette petite pièce de marbre est rembrunie et d'un fond jaunâtre; elle a été trouvée dans une urne à demie pleine d'ossemens brulés, près d'un ruisseau de la paroisse de Perpezat le Noir* (lege Perpézac-le-Noir) *en Limousin* SCHED. BEAVM.; delata *Poitiers*, inde Parisios m. Ian. a. 1753 LEBEVF. Periit.

a	C IVLI ATILIANI PYXINVM DELAC	*c*	C IVLI ATILIANI CYCNION AD IM[illegible]
b	C IVLI ATILIANI DIAZMYR MIXT	*d*	C IVLI ATILIANI HARPAG AD LIPP

Exhibet auctor anonymus inter schedas Beaumesnilianas in domo Nivet-Fontaubert Lemovicensis servatas (inde Espérandieu *revue d'ophthalmologie* 1890 p. 529 idem *recueil* n. 133); exhibent praeterea *d* solam: Nadaud *mémoires pour servir à l'hist. du diocèse de Limoges* (ms. bibl. Seminar. Lemov. a. 1752. 4°) I p. 55; Legros *essais historiques sur Limoges* (ms. bibl. Seminar. Lemov., c. a. 1800. 4°) p. 40 ex apographo abbatis

Lebeuf; Beaumesnil in codice Nivet-Fontaubert vv. inversis cum imagine pessime facta (inde Espérandieu *bull. des ant. de Fr.* 1890 p. 80, *bull. des ant. de l'Ouest* 1890 p. 311, *Lemovices* p. 113). Cf. Cagnat *année épigr.* 1891 n. 45.

C. Iuli Atiliani pyxinum delac(rimatorium). — C. Iuli Atiliani diazmyr(nes) mixt(um). — C. Iuli Atiliani cycnion ad imp(etum). — C. Iuli Atiliani harpag(ion) ad lipp(itudinem).

---

91 Steatitis nigra, long. m. 0,023, lat. m. 0,020, crass. m. 0,006. Originis incertae; fuit a. 1846 Parisiis apud Prosperum Dupré, deinde apud Crignon de Montigny, post cuius mortem pervenit a. 1887 in nummophylacium ubi servatur sub n. 4707, 5.

a T·IVL·ATA
DIACYL

b PYX·T·I·A

c T·IVL·ATTALI
DIAELYDRIV

d T· I· A
CROC·DAL

in planitie superiore scariphatum est: inferius:



Descripsimus Hirschfeld (*a—d*) et ego. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 17 (inde Grotefend *Stempel* p. 62 n. 40); [Fröhner] *collect. de Montigny, pierres gravées* p. 45 n. 582; Espérandieu n. 128. Memorat Blanchet *bull. des musées* 1892 p. 238.

T. Iul(i) Attal(i) diachyl(um). — Pyx(inum) T. I(uli) A(ttali). — T. Iul(i) Attali diaelydriu(m). — T. I(uli) A(ttali) croc(odes) dial(epidos). — In planitie: *T. I(uli) A(ttali)* .....

---

92 Steatitidis viridis fragmentum, long. m. 0,025, lat. et crass. m. 0,010. Rep. a. 1883 in agro Romano; fuit Romae apud

negotiatorem Franciscum Martinetti, inde venit Parisios ad Froehnerum, ubi extat.

a LICICOL
PANTH

c vacat

b IBITAIC
T CAIS

d LLICI CoL
DGIIИRI

Descripsi et edidi *revue épigr.* IV (1902) p. 248 cum imagine (inde Cagnat *année épigr.* 1902 n. 240).

[*C. Iuli Bi*]*lici col*(*lyrium*) [. . . .] *panth*(*eum*). — *Stact*[*um* . . . . .] *C. Iuli Bi*[*llici*]. — [*C. Iuli Bi*]*llici col*(*lyrium*) [. . . *a*]*d gen*(*as*) *r*(*etortas*).

---

93 Steatitis viridis, long. m. 0,024, lat. m. 0,016, crass. m. 0,006. Rep. c. a. 1878 prope viculum *Charbonnier* (*Puy-de-Dôme*) una cum sigillo altero (infra n. 165) *dans un tènement rempli de vestiges romains longeant la voie romaine qui passe au couchant du village* VILL.; ibi extat apud Iulium Denier fodinarum administratorem.

a C·IVL·C·ALLISTI·AD
SEDAT·EPIPHOREXo

c CIVL·CALLISTI·
CHELIDONIVM

b ·LLISTI
DIASMYRNES

d C IVL CALLIS
TIHARPAGIoN

in planitie superiore:

C
CW IC
C I C
CIAI I
CIAICVITIS TI
CI·
C IVL CALLISTIO

inferius:

C C
C IVLCALLISI
C
C IVLCAL
NII WMNCAL

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1886 p. 274 cum imagine; Espérandieu n. 43.

b v. 2 DIASMYSNES Esp. err. typogr.

C. Iul(*i*) *Callisti ad sedat*(*us*) *epiphor*(*arum*) *ex o*(*vo*). — [*C. Iul*(*i*) *C*]*allisti diasmyrnes.* — *C. Iul*(*i*) *Callisti chelidonium.* — *C. Iul*(*i*) *Callisti harpagion.* — In utraque planitie nomina medici ocularii pluries repetita sunt.

94 Steatitis nigra, long. m. 0,022, lat. m. 0,020, crass. m. 0,006. Rep. saeculo XVIII° Divione; fuit ibi apud P. Oudinum ex societ. Jesu MAFFEI; iam Parisiis in nummophylacio sub n. 4707, 10.

a M IVL CHARITON
ISOCRHYSVAD CLARE

b M IVL CHARITO
NIS DIAPS AD CLA

c M IVL · CHARIoNIS
DIARHoD AD FERV

d M IVL CHARITONIS
DIASMYRN · DEL

Descripsi; recognovit Hirschfeld. Ed. Maffei *Gall. ant.* p. 78 imperfecte (inde [de la Roque] *Mercure de France* 1734 p. 2196; Muratori *nov. thes.* 508, 3; Wesseling *acta societ. Jen.* III p. 50; Caylus *rec. d'ant.* I p. 229; Walch *sigil.* p. 32, *ant.* p. 70, ex hoc Jugler *biblioth. ophthalm. specimen* p. 69; Triller *de variis vet. medicor. ocularior. collyriis* p. 296; Saxius *epist.* p. 37; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 232; Kühn *index medic. ocul.* III, 3); Espérandieu n. 58. A prioribus Gori *inscr. ant. Etr.* II p. 63; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 62 n. 5 (ex hoc Bégin *lettres* p. 132; Grotefend *Philol.* XIII p. 141 n. 24, *Stempel* p. 63 n. 41; Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* p. 126).

M. Iul(i) Chariton(is) isoc(h)rhysu(m) ad clar(itatem). — M. Iul(i) Charitonis diaps(oricum) ad cla(ritatem). — M. Iul(i) Charitonis diarhod(on) ad ferv(orem). — M. Iul(i) Charitonis diasmyrn(es) del(acrimatorium).

---

95 Steatitis viridis, long. et lat. m. 0,040, crass. m. 0,009. Rep. c. a. 1812 *Lillebonne* inter rudera theatri antiqui REVER; inde paulo ante a. 1816 delata *Le Hâvre* ad dominam Lemaître TOCHON. Periit aut latet.

a TIB IVL CLARI DI
ALIBANV AD IMP

b TIB IVL CLARI DI
ARHODONPIMP

c TIB IVL CLARI
DIAMIS AD VC

d TIB IVL CLARI DI
ALPID AD ASR

Exhibent Rever *rapport sur les trav. de l'acad. de Caen* III (1813) p. 192, *mémoire sur les ruines de Lillebonne* p. 72 et tab. 2 fig. 2, *mém. de la soc. des ant. de Normandie* 1824, 1 p. 472; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 22 et tab. 3, cf. p. 68 (inde pendent posteriores, Carron du Villards *guide pratique* (Paris. a. 1838. 8°) I p. 101 male, vv. non divisis; Guilmeth *hist. de Lillebonne* ed. II (Rouen a. 1842. 8°) p. 40 not. 1; Cochet *bull. monum.* XXI (1855) p. 289; Grotefend *Philol.* XIII p. 142 n. 25,

Stempel p. 64 n. 42; Espérandieu n. 82). Memorat Delfortrie *mém. de la soc. archéol. de Bordeaux* VII (1880) p. 179 *d* solum.

a, *b* vv. 2 ext. IM Rever male, ut videtur.

Tib. Iul(i) Clari dialibanu(m) ad imp(etum). — *Tib. Iul(i) Clari diarhodon p(ost) imp(etum).* — *Tib. Iul(i) Clari diamis(us) ad v(eteres) c(icatrices).* — *Tib. Iul(i) Clari dialepid(os) ad aspr(itudines).*

---

96 Steatitis viridis, long. m. 0,042, lat. m. 0,041, crass. m. 0,010. Originis incertae; olim Veronae in museo philharmonico MAFFEI; iam Parisiis in nummophylacio sub n. 4707. In planitie superiore est cavitas elliptica.

a C IVL DIONYSODORI
DIAMISVS AD VET CIc

b C IVL DIONYSIODO
RI PACCIN AD DIAT

c I

d EAI / I I

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Maffei *mus. Veron.* p. CXXXV (inde Walch *sigil.* p. 31, *ant.* p. 69; Triller *de variis vet. medicor. ocularior. collyriis* p. 297; Saxius *epist.* p. 49; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 235 pessime; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 64 n. 10, ex hoc Grotefend *Philol.* XIII p. 142 n. 26, *Stempel* p. 64 n. 43; Kühn *index medic. ocul.* IV, 3; *C. I. L.* V 8124 2); Espérandieu n. 181. Memorant Jugler *biblioth. ophthalm. specimen* p. 69; Duchalais *observ.* p. 38; Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 855; Blanchet *bull. des musées* 1892 p. 236.

b v. 1 DIONYSODO Grotef., Esp.. — v. 2 ADIAT Grotef., male.

C. Iul(i) Dionysodori diamisus ad vet(eres) cic(atrices). — *C. Iul(i) Dionys<i>odori paccian(um) ad diat(hesis).*

---

97 Steatitis viridis, long. m. 0,040, lat. m. 0,038, crass. m. 0,008. Rep. m. Sept. a. 1893 prope vicum *Chatelans* (*Isère*) loco dicto

le Camp de Larina; fuit ibi apud Révellin agri possessorem, qui vendidit museo Lugdunensi.

a C IVL · EVHODI
COENON AD CL

b C IVL EVHODI · DIA
PSORICVM AD CLAR

c C · IVL · EVHODI BASIL
CON AD CLARITATEM

d C IVL EVHODI DIA
SMYRN · AD ASPRI



Descripsimus Hirschfeld et ego. Espérandien n. 44 bis (inde Allmer *revue épigr.* III p. 341) ex apographo Dissardi; ex eodem Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1894 p. 216 (inde Cagnat *année épigr.* 1894 n. 120).

C. Iul(i) Euhodi coenon ad cl(aritatem). — *C. Iul(i) Euhodi diapsoricum ad clar(itatem)* — *C. Iul(i) Euhodi basil*[*i*]*con ad claritatem.* — *C. Iul(i) Euhodi diasmyrn(es) ad aspri(tudines).* — In planitie superiore: *C. Iul(i)*; — *I(uli?)*; — quid litterae RZ significent non perspicio; — inferius: *C. Iul(i)* [*E*]*u(hodi)*; — *E(uhodi?)*; — *C(ai?)*.

---

98 Olim Romae apud Sanctium Bartoli pictorem (VETT.; s. l. COD. VAT.); probabiliter Italicae originis, sed quo loco repertum sit ignoratur. Periit aut latet.

a †ƎBRI · IVL · FACVNDI DIA
SMYRNES AD ASPRI

b FACVNDI COLYRIV
M · DIAMYSVS A A

Exhibent Gori cod. Marucell. A 63, cui misit Vettori d. Mart. 31 a. 1731 (inde, per Henzenum, Grotefend *bullett. dell' Instituto archeol. di Roma*

1868 p. 105, ex hoc Renier *c. r. de l'acad. des I. et B.-L.* ser. nov. VI (1870) p. 79; Espérandieu n. 156; Klein *Bonn. Jahrb.* LV 1875 p. 111); Ghezzi sched. bibl. Rom. Angelican. (ad exempl. libri inscr. antiq. S. Pauli) f. 29 eodemque fere exemplo cod. Vatic. Ottob. (olim Ghezzii) 3105 f. 117 manu ignota, fortasse Sancti Bartoli (inde Marini *iscrizioni antiche doliari* ed. de Rossi-Dressel p. 417; Lanciani *bullett. della comm. arch. comunale di Roma* 1882 p. 232; ex hoc Klein *Bonn. Jahrb.* LXXVII (1884) p. 242 n. 116).

a 1 :BRI·NL Vett.

Tiberi Iuli Facundi diasmyrnes ad aspri(tudines). — Facundi col(l)yrium diamysus a(d) a(spritudines).

---

99 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,033, lat. m. 0,033, crass. m. 0,009. Rep. c. a. 1813 *Lillebonne* inter rudera theatri antiqui REVER; delata *Le Hâvre* ad dominam Lemaître quae a. 1816 clarissimo viro Tôchon d'Anneci dono dedit; inde venit in collectionem Durand et a. 1824 in museum Parisinum q. d. *le Louvre*, ubi extat sub n. ED 4619.

a MARC IVL FE
LCIANI DIAC

b A I C IVC
D

c *l*

d v o II
o

in planitie superiore:

inferius:

Descripsi. Ed. Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 28 et tab. 1 fig. 5, cf. p. 69 n. 29 vv. non divisis (inde Rever *mémoire sur Lillebonne* p. 78; Guilmeth *hist. de Lillebonne* ed. II p. 40 not.; Kühn *index medic. ocul.* V, 3; Grotefend *Philol.* XIII p. 142 n. 27, *Stempel* p. 67 n. 45); Espérandieu n. 83.

Marci Iuli Feliciani diac(. . . . .). — Quid litterae in plano incisae significent non constat.

---

100 Steatitis subcaerulea (*grès houiller* CAHIER) long. m. 0,042, lat. m. 0,038, crass. m. 0,009. Rep. a. 1815 *Bavai non loin de la*

porte méridionale, dans les fossés de la ville CARLIER; fuit ibi in domo Carlier, inde venit *Douai* in museum.

a C IVL FLORI BA
SILIVM AD CIK

b. d vacant

c L·SIL·BARBARI
PALLADI·AD·CC

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 72 n. 30 (inde Grivaud *mon. ant.* II p. 284 et tab. 36; Kühn *index medic. ocul.* XI, 9); Carlier ms. (Douai bibl. mun. n. 1086); Carlier et Bottin *mém. des ant. de Fr.* II (1820) p. 450 cum imagine, cf. *ibid.* p. 456 (inde Duchalais *observ.* p. 48 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 204; Cahier *mém. de la soc. de Douai* ser. II 2 (1853) p. 213 = *coup d'œil sur quelques parties du musée de Douai* p. 21; Desjardins *mon. épigr. de Bavai* p. 72 et tab. V fig. 1; Espérandieu n. 20. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 142 n. 28, *Stempel* p. 67 n. 46. Memorat Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 856.

a v. 2 ext. AD CH . . . Tôch., Grotef.; — *c* v. 2 ext. AD OCV Tôch., male.

C. Iul(i) Flori basilium ad cikat(rices). — *L. Sil(i) Barbari palladi(um) ad cic(atrices).*

---

101 Steatitis viridis, long. m. 0,033, lat. m. 0,031, crass. m. 0,009. Rep. nescio quo anno prope vicum *Lydney* (*Gloucestershire*) in praedio q. d. *Lydney Park*; ibi inlata in domum Bathurst, ubi extat.

a IVL IVCVNDI
COLYR MELINV

b IVL IVCVNDI
COLLYR · PENC

c IVL IVCVNDI
COL STACTV

d vacat

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. Simpson *monthly journal of medical science* XII (1855) p. 338; A. W. Franks *archaeol. journal* XIII (1856) p. 282 cum imagine (inde *C. I. L.* VII 1309, ex hoc Espérandieu n. 87). Memorant W. A. Bathurst *proceedings of the soc. of antiq. of London* ser. II, 5 (1871) p. 100 (inde Klein *Bonner Jahrb.* LV p. 116 n. 118); Deneffe *ocul. gallo-rom.* p. 57 *b* solam, cf. p. 60.

Iul(i) Iucundi col(l)yr(ium) melinum. — *Iul(i) Iucundi collyr(ium) pen(i)c(illum).* — *Iul(i) Iucundi col(lyrium) stactu(m).*

102 Lapillus viridis fastigatus, long. m. 0,030, lat. m. 0,048, crass. m. 0,012. Rep. a. 1880 Lugduni, *dans le quartier de Vaise, à ce qu' on nous affirme* DANIC.; fuit ibi apud negotiatorem Vaganay; postea *Péronne* apud Danicourt; iam Parisiis in nummophylacio sub n. 4707, 6.

a C IVL LVNARIS DI
ASMYRN AD ASPR

b C IVL LVNARIS TRI
PVNCT AD ASPRI

c LVNARIS REGIVM
OPOB AD ASPR ET CAL

d C IVL LVNARIS
CYNON AD CLAR

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Danicourt *note sur deux cachets* p. 7 (inde Mowat *bull. épigr.* 1884 p. 256 qui suspectum iudicavit); Poncet *la médecine à Lyon* p. 18; Espérandieu *revue générale d'ophthalmologie* 1890 p. 543 *c* solam = *note sur un cachet* p. 19 vv. non divisis; idem *recueil* n. 92. Memorant Allmer *revue épigr.* II (1887) p. 276 de sinceritate dubitans; Blanchet *bull. des musées* III (1892) p. 238, qui addit *'l'authenticité a été suspectée à tort'*.

C. Iul(i) Lunaris diasmyrn(es) ad aspr(itudines). — C. Iul(i) Lunaris tripunct(um) ad aspri(tudines). — Lunaris regium opob(alsamatum) ad aspr(itudines) et cal(iginem). — C. Iul(i) Lunaris cynon ad clar(itatem).

---

103 'Duas publicationes cerae pulchrae impressas et a tesseris archetypis longiusculis more quodam typographico desumptas adhuc apud me servo, aliquot abhinc annis [a. 1719] a domino Lufkins pharmacopola Colcestrensi . . . mihi communicatas; ad Colcestriam [*Colchester*, *Essex*] repertae sunt' CHISH., (male in *Gloucester* posuit GOUGH), long. et lat. *two inches* FORST. A. 1767 ectypum gypseum societati antiquariorum monstratum est a Ricardo Forster, qui unde proveniret ignorabat. Ubi extet ignoratur.

a Q IVL MVRRANI MELI
NVM AD CLARITATEM

b Q IVL MVRRANI STACTV
M OPOBALSAMAT AD CAL

Exhibent Chishull apud Haym *tesoro Britannico overo museo nummario* [1719] pars I vol. 2 append. et *antiquit. Asiat.* append. [1728] p. 4 (inde Caylus *rec. d'ant.* I p. 227, ex hoc Mongez *mém. de l'Inst. litt.* III p. 381); Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 228 ex exemplo Ricardi Forster (inde pendent posteriores omnes: Walch *sigill.* p. 39, *ant.* p. 83; Saxius *epist.*

p. 35; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 61 n. 4 vv. non divisis; Kühn *index medic. ocul.* VIII; A. Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 357 cf. Braun *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 175; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 250, cf. *annales d'oculist.* XXVI p. 96, *archaeol. essays* II p. 249 et fig. 4; Wright *the Celt* p. 244, ex hoc Espérandieu n. 48; Becker *Jahrb. für Philol. u. Pädag.* 1858 p. 589; Grotefend *Philol.* XIII p. 144 n. 30, *Stempel* p. 71 n. 48; Hübner *C. I. L.* VII 1311). Citat Bunnell-Lewis *archaeological journal* XLV (1888) p. 227 *a* solam.

a v. 2 CLARITATES Forster. — *b* v. 1 STAGIV Chish., v. 2 ADCAP traditur, correxit Saxius; potest fuisse AD CAR.

Q. Iul(i) Murrani melinum ad claritatem. — Q. Iul(i) Murrani stactum opobalsamat(um) ad ca[l(iginem)?].

---

104 Schistos niger fastigatus, long. m. 0,053, lat. m. 0,047, crass. m. 0,015. Rep. a. 1855 *Néris* (*Allier*) ESM.; fuit *Moulins* apud Esmonnot; inde venit in domum Francisci Pérot; nunc *Vanves* prope Parisios apud me. Exemplum gypseum extat in museo Molinensi sub n. 238.

a L IVL PROCVLI DIAMY
SVS ΛD DIATHESIS

b. d vacant

c L·IVL·PROCVLI·DIAS ~
MYRN·POST·IMP·EX OVO

Esmonnot *bull. de la soc. d'émul. de l'Allier* V (1856) p. 218; Crosnier *ibid.* VI (1858) p. 127, cf. V p. 12; Tudot *étude sur Néris* (Moulins a. 1861. 8°) p. 10 = *bull. de la soc. d'émul. de l'Allier* VIII (1861—1863) p. 45; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 153 ex ectypo gypseo cum imagine; Bertrand *revue bourbonnaise* I (1884) p. 213; de l'Estoille *catal. du musée de Moulins* p. 33 vv. non divisis et indiligenter; Espérandieu n. 115; Francis Pérot *bull. de la soc. des sciences médic. de Gannat* L (1896) p. 43 (inde Moreau de Néris *Néris* (Paris. a. 1902. 4°) p. 189).

c v. 1 ext. DIASQ Esmon. male.

L. Iul(i) Proculi diamysus ad diathesis. — L. Iul(i) Proculi diasmyrn(es) post imp(etum) ex ovo.

V. infra n. 156.

---

105 Steatitis viridis fastigata, long. et lat. 0,035, crass. m. 0,004. Rep. c. a. 1870 prope vicum *Réalville* (*Tarn-et-Garonne*), loco

dicto *Contines*; delata *Montauban* in domum Brun, inde Nemausum ad Bernardum Deymié nummularium, ubi extat.

a

b

c

d

Descripsi ad ectypum cereum a possessore datum; misit etiam Robertus Mowat. Ediderunt Devals *bull. arch. de Tarn-et-Gar.* 2, 1872 p. 311; Mowat *bull. des ant. de Fr.* 1883 p. 122 (inde Espérandieu n. 54). Cf. *bull. épigr.* 1883 p. 102.

M. Iuli Sabini diasmyr(nes) acre. — M. Iuli Sabini enodes ad diat(hesis). — M. Iuli Sabini chloron ad adu(stiones). — M. Iuli Sabini italicu(m) ad cic(atrices).

---

106 Steatitis viridis, long. m. 0,048, lat. m. 0,045, crass. m. 0,009 Probabiliter Britannicae originis, sed quo loco reperta sit ignoratur; 'servabat Franciscus Douce (lege Dowse); postea in *Goodrich Court*, in *the Doucean Museum*; nunc fortasse apud Sir Samuel Rush Meyrick' HÜBN.; pervenit in museum Britannicum

a 

b

c 

d 

Descripsi ad ectypum cereum missum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto. Exhibent *Gentleman's magazine* XLVIII (1778) p. 472; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 239 cf. p. 227 fig. 1 (inde Duchalais *observ.* p. 72 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 229; A. Way *archaeolog. journal* VII (1850) p. 358; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 241 et tab. 2 fig. 6, *archaeol. essays* II p. 265 et tab. 6; Braun *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 176); Espérandieu n. 8. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 145 n. 31, *Stempel* p. 72 n. 49; *C. I. L.* VII 1312.

a v. 1 ext. fuit fortasse DIASMR.

M. Iul(i) Satyri diasm[y]rnes post impet(um) lippit(udinis). — M. Iul(i) Satyri penicil(lum) lene ex ovo. — M. Iul(i) Satyri dialepidos ad aspr(itudines). — M. Iul(i) Satyri dialibanu(m) ad suppurat(iones).

107 Schistos viridis, long. m. 0,054, lat. m. 0,049, crass. m. 0,007. Rep. a. 1773 apud Arvernos BÉR.; servatur Londini in museo Britannico.

a SEX IVL SEDATI
CROCOD PACCIAN

b SEX IVL SEDATI CRO
CODES DIALEPIDOS

c *sex* IVL SEDATI CRo
*co*DES AD DIATHES

d vacat

Descripsi ad ectypum cereum optime confectum, ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Exhibent Béraud (in litt. 10 Aug. 1773 datis) apud Calvet *corresp.* f. 40, cf. Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 283; A. Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 359, cf. *Jahrb. des Vereins von Alterthumsfr. im Rheinl.* XXII (1853) p. 176; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 241 cf. *Annales d'oculist.* XXVI (1851) p. 94 et tab. I n. 2, *archaeol. essays* II p. 245 et tab. 2 (inde Wright *the Celt* p. 245; Becker *Jahrb. für Philol.* 1858 p. 589, *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 852); Sichel *nouv. recueil* p. 55 ex ectypo; Espérandieu n. 86. A prioribus *C. I. L.* VII 1313; Grotefend *Philol.* XIII p. 145, cf. p. 627, *Stempel* p. 73 n. 50.

Sex. Jul(i) Sedati crocod(es) paccian(um). — *Sex. Iul(i) Sedati crocodes dialepidos.* — [*Sex.*] *Iul(i) Sedati cro*[*co*]*des ad diathes(is).*

---

108 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,047, lat. m. 0,042, crass. m. 0,009. Rep. 2 leugis Gallicis a *Pont-l'Evêque* in horto quodam, possidebat Cacheleu SAXIVS, *dans un jardin de Dannetal, à un myriamètre de Pont-l'Evêque, sur la route de Caen* REV., rep. a. 1774 *St.-Léger-du-Boscq* LAMB.,; fuit *Tourville* in aedibus de Cacheleu; inde venit *Caen* in museum.

a TITI IVL VICTORIS E
NEMLACT

b T·IVLI VICTORIS
LENE SOMNVS

c TITI IVLI VICTORIS
LENE HERBIDVM

d T·IVLI VICTORIS
LENE RAPIDVM

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Mowato

subministratum. Ed. Saxius *verhand. der wetenschappen te Vlissingen* IX 1782 p. 276 cui a. 1778 vel 1779 ex oppido Beauvais misit de Cacheleu (inde Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 68 n. 20, ex hoc Grotefend *Philol.* XIII p. 145 n. 33, *Stempel* p. 74 n. 52; Kühn *index medic. ocul.* XI, 6); Rever *appendice* p. 17, 50 et tab. 4 fig. 1 (inde Espérandieu n. 55); Lambert *épigr. du Calvados* p. 36 = *mém. des antiq. de Norm.* XXVIII (1870) p. 103 tab. V, 14. Gervais *catal. du musée de Caen* (Caen a. 1864. 8°) p. 64 n. 302; citant Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 169 *b* solam. *a* et *c* v. 1 in. T·IVLI, *a* v. 2 NE·M·LACT Tôchon d'Ann. (non Saxius) et qui ab eo pendent, male.

Titi Iul(i) Victoris lenem(entum) lact(eum). — *T. Iuli Victoris lene somnus.* — *Titi Iuli Victoris lene herbidum.* — *T. Iuli Victoris lene rapidum.*

a Grotefend et Wilmanns n. 2760 male solverunt *len(e) e m(uliebri) lact[e].*

---

109 Steatitis viridis, long. m. 0,044, lat. m. 0,044, crass. m. 0,007. Rep. a. 1866 in vico *Heerlen* inter *Maestricht* et *Aachen* sito, *dans le jardin de M. Lammeritz, brasseur* loco dicto *het Dodelager*, una cum vasis argillaceis et nummis Neronis, Traiani, Vespasiani, Constantis II WARL.; delata *Bruxelles* in museum.

a L·IVNI MACRIN
LENE

b L·IVNI MACRIN
DELACRIMATOR

c L·IVNI MACRIN
DIAZMYRNES

d L·IVNI MACRIN
CROC·DIALEPIDO

in planitie:

cavum

Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum gypseum ab Joseph Destrée musei Bruxellensis praefecto missum. Exhibent acta mus. Bruxell. 1848—1867, Dec. 1866 n. 2718; Warlomont *annales d'oculist.* LVII (1867) p. 205; Habets *bull. des comm.* VI (1867) p. 23 imaginem *Bonner Jahrb.* XLIII (1867) p. 220, *Publicat. soc. Limburg* VII (1870) p. 367 cum imag. in tab.; Schuermans *revue archéol.* ser. nov. XVI (1867) p. 75, *Limburger Courier* 12 Iul. 1867 = *bull. des comm.* VIII (1869) p. 384; Juste *catal. mus. Brux.* ed. 1867 in append. p. 416; Espérandieu n. 70. A prioribus Grotefend *bullett. dell' Instituto archeol. rom.* 1868 p. 105; Klein *Stempel* n. 119.

L. Iuni Macrin(i) lene. — *L. Iuni Macrin(i) delacrimator(ium).* — *L. Iuni Macrin(i) diasmyrnes.* — *L. Iuni Macrin(i) croc(odes) dialepido(s).*

110 Steatitis viridis, long. m. 0,046, lat. m. 0,044, crass. m. 0,009. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum quinque sequentibus et duabus aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium DEN.; empta paulo post a Claudio Francisco Denis, qui dedit a. 1814 consiliario V . . . Austriaco; nunc et iamdiu (ante a. 1820 ut Thédenat suspicatur) Vindobonae, in museo Caesareo.

a L IVNI PHILINI DIAM
ISVS AD DIADIATE TOI sic

b L IVNI PHILINI DIALE
PIDOS AD ASPR Ɛ CICAT

c L IVNI PHILINI STAC
TVM OPOB AD CLARIT

d L IVNI PHILINI DIAPSO
RICVM AD GƐN SCIS Ɛ CL

Descripsi ad ectypum gypsaceum optime factum, a Roberto von Schneider musei Vindobonensis praefecto missum. Exhibent Denis in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (23 Mart. et 8 Mai. 1808) p. 194. 309; idem *notice historique* c. III, 2 n. 4 (q. n. v.) (inde Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 55, cf. p. 55. 71, ex hoc Kühn *index medic. ocul.* IX, 6; Grotefend *Philol.* XIII p. 147 n. 35; Bégin *lettres* p. 123); Sacken et Kenner *die Sammlung des k. k. Münz- und Antiken Cabinetes* p. 127 n. 10 (inde opinor Grotefend *Stempel* p. 79 n. 54; Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 13; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 65 n. III); *C. I. L.* III 12032, 1; Espérandieu n. 109 ad ectypum; Thédenat *cachets de Nasium* p. 35, cf. p. 53. Memorat Bunnell-Lewis *archaeological journal* XLV (1888) p. 223.

L. Iuni Philini diamisus ad ⟨dia⟩ diathe(sis) tol(lendas). — L. Iuni Philini dialepidos ad aspr(itudines) et cicat(rices). — L. Iuni Philini stactum opob(alsamatum) ad clarit(atem). — L. Iuni Philini diapsoricum ad gen(as) scis(sas) et cl(aritatem).

---

111 Steatitis viridis fastigata, long. et lat. m. 0,052, crass. m. 0,008. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum praecedente, quatuor sequentibus, duabus aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium; empta eodem anno ab equite de Barthélemy et delata ad vicum *Celles* in finibus Lingonum; empta Massiliae a. 1867 a Froehnero, fuit postea Parisiis apud Augustum Parent, inde pervenit a. 1879 in museum Britannicum.

a IVNI·TAVRI·CROCOD·SAR
COFAGVM AD ASPRIT ſ

b IVNI TAVRI CRO DIALEP
AD CICATRIC ET SCABRIT

c IVNI TAVRI CROCOD DA
MISVS AD DIATHESIS ET RE

d IVNI TAVRI CROCOD PAC
CIAN AD CICA ET REVM ℔

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Exhibent Denis in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (4 Febr. et 8 Mai. 1808) p. 83. 309 ex ectypo cum imagine, *notice historique* c. III, 2, n. 2; ab eo accepit Dulaure *mém. de l'acad. celtique* IV (1809) p. 109 *a* et *b* solas (inde Crosnier *bull. de la soc. nivernaise* I (1854) p. 358); Espérandieu n. 110 ad ectypum; Thédenat *cachets de Nasium* p. 33 ad ectypum. A prioribus Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 47 et tab. p. 3, cf. p. 70 n. 25 (inde Visconti *opere varie* III p. 326 *c* et *d* solas; Carron du Villards *guide pratique* I p. 102 *a* solam; Grotefend *Philol.* XIII p. 148 n. 38, *Stempel* p. 80 n. 57); Bégin *lettres* p. 112; Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 12 et tab. IX fig. 5; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 67 n. 5. Cf. *Archaeolog. Zeitung* 1880 p. 103.

Iuni Tauri crocod(es) sarcofagum ad asprit(udines). — Iuni Tauri cro(codes) dialep(idos) ad cicatric(es) et scabrit(ias). — Iuni Tauri crocod(es) diamisus ad diathesis et re(uma). — Iuni Tauri crocod(es) paccian(um) ad cicat(rices) et reum(a).

Ad eundem Iunium Taurum signacula sequentia usque ad n. 115 pertinent.

---

112 Steatitis nigra fastigata, long. et lat. m. 0,052, crass. m. 0,008. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum duabus praecedentibus, tribus sequentibus duabusque aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium; fuit Mettis apud baronem Marchant, postea Parisiis apud Grivaud de la Vincelle, inde apud E. Durand qui vendidit a. 1824 museo Parisino q. d. *le Louvre*, ubi extat sub n. ED 4615.

a IVN·TAVRI·THEODOTIVM
·AD·OMNEM·LIPPITVDI

b IVNI·TAVRI·ATHEMERVM AD
EPIPHOR·ET·OMNEM·LIPPITVD

c IVN·TAVRI·PENICILLE»
AD·OMNEM·LIPPITVD

d IVNI·TAVRI·DIASMYRNES
POST·INPETVM LIPPITV

in planitie superiore:



Descripsi; ectypum cereum dedit mihi Guil. Froehner. Exhibent Denis in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (18 Iun. 1808) p. 401, cf. p. 83 et 373 (enarratio sine textu); Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 71 n. 28 ex apographo Grivaud de la Vincelle, qui edidit *recueil de mon. ant.* II p. 281 et tab. XXXVI fig. 1 (inde Denis *notice historique* c. III, 2, n. 5 et tab. II fig. 2; Büsching *Jahrb. der Literatur* VI (1819) p. 193; Orelli n. 4234 *b* et *d* solas, ex hoc Ravenèz in translat. *alsat. illust.* Schoepflini III (1852) p. 131; Bégin *lettres* p. 117); *Invent. de la coll. Durand* p. 105 sine textu; Espérandieu n. 111; Thédenat *cachets de Nasium* p. 38—40 cum imaginibus. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 148 n. 40, *Stempel* p. 80 n. 59; Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 13; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 70 n. 8.

Iuni Tauri theodotium ad omnem lippitudi(nem). — *Iuni Tauri authemerum ad epiphor(as) et omnem lippitud(inem).* — *Iuni Tauri penicillem ad omnem lippitud(inem).* — *Iuni Tauri diasmyrnes post inpetum lippitu(dinis).* — In planitie videtur esse: *Scribit Primigenius; rota fidi,* deinde retrors. script.: *I(u)n(i) Tau(ri), T. Heli.*

---

113 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,049, lat. m. 0,027, crass. m. 0,013. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum tribus praecedentibus, duabus sequentibus duabusque aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium; empta eodem anno ab equite de Barthélemy

et delata ad viam *Celles* in finibus Lingonum; a. 1879 pervenit in museum Britannicum.

a Q·IVNI TAVRI DIALIBAN
AD SVPPVRAT · EXOVO

b. d vacant

c Q·IVN·TAVRI ANODY
NVM AD OMN · LIPPT

in planitie superiore:

G

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Exhibent Denis in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (4 Feb. et 8 Mai. 1808) p. 83 et 309 ad ectypum (unde Dulaure *ibid.* 23 Mart. p. 192 *c* solam, *mém. de l'acad. celtique* IV (1809) p. 107 [inde Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 43 cf. p. 69 n. 24 ex eo Carron du Villards *guide pratique* I p. 102 *a* solam; Grotefend *Philol.* XIII p. 148 n. 148 n. 37, *Stempel* p. 80 n. 56]; Crosnier *bull. de la soc. nivern.* 1854 p. 557); idem *notice historique* c. III, 2, n. 3 cum imagine; Espérandieu n. 112; Thédenat *cachets de Nasium* p. 33. A prioribus Bégin *lettres* p. 112; Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 12; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 66 n. 4, cf. *Archaeolog. Zeitung* 1880, p. 103.

Q. Iuni Tauri dialiban(um) ad suppurat(iones) ex ovo. — Q. Iun(i) Tauri anodynum ad omn(em) lippit(udinem).

---

114 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,046, lat. m. 0,034, crass. m. 0,011. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum quatuor praecedentibus, sequente duabusque aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium; fuit Mettis apud baronem Marchant, postea Parisiis apud Grivaud de la Vincelle, inde apud Tôchon d'Anneci, post cuius mortem pervenit in collectionem doctoris Sichel; iam apud Robertum Mowat.

a IVN · TAVRI · ISOCHRYS
AD SCABRIT·Ɜ·CLAR·OP

b. d vacant

c Q IVN · TAVRI · DASMYRN
POST · IMPET · LIPPIT

Descripsi. Exhibent Denis ex apographo baronis Marchant in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (18 Iun. 1808) p. 401 imperfecte, *notice historique* c. III, 2, n. 8, *dissert. sur un monum. ant. de Morley* p. 23 sine textu; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 31 et tab. II fig. 2, cf. p. 69 n. 23 (inde Grotefend *Philol.* XIII p. 147 n. 36, *Stempel* p. 79 n. 55), cf. Grivaud de la Vincelle II p. 279 sq.; Bégin *lettres* p. 116; Espérandieu n. 112; Thédenat *cachets de Nasium* p. 48. A prioribus Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 14; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 68 n. 6).

Iun(i) Tauri isochrys(on) ad scabrit(ias) et clar(itatem) op(obalsamatum). — Q. Iun(i) Tauri diasmyrn(es) post impet(um) lippit(udinis).

---

115 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,049, lat. m. 0,027, crass. m. 0,013. Rep. 19 Sept. a. 1807 una cum quinque praecedentibus et duabus aliis (supra n. 6, infra n. 185) in agro prope Nasium; fuit Mettis apud baronem Marchant, postea Parisiis apud Grivaud de la Vincelle, inde apud E. Durand; a. 1824 pervenit in museum Parisinum q. d. *le Louvre*, ubi extat sub n. ED 4617.

a Q·IVN·TAVRI·STAC
TVM DELACRIM

b. d vacant

c Q·IVN·TAVRI FLOGIVM
AD GENAS ET·CLARITAT

Descripsi. Exhibent Denis ex apographo baronis Marchant in ephemeride *le Narrateur de la Meuse* VII (18 Iun. 1808) p. 402 imperfecte; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 70 n. 26 ex apographo Grivaudi de la Vincelle, qui edidit *mon. ant.* II p. 284 et tab. XXXVI n. 4 (inde Denis *notice hist.* c. III, 2, n. 7 et tab. II n. 4; Büsching *Jahrb. der Literatur* VI, 1819 p. 194; Bégin *lettres* p. 121); *Invent. de la coll. Durand* p. 105 sine textu; Espérandieu n. 114; Thédenat *cachets de Nasium* p. 43. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 148 n. 39, *Stempel* p. 80 n. 58; Liénard *archéol. de la Meuse* I p. 14; Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 69 n. 7.

Q. Iun(i) Tauri stactum delacrim(atorium). — Q. Iun(i) Tauri flogium ad genas et claritat(em).

---

116 Schistos viridis, long. m. 0,031, lat. m. 0,029, crass. m. 0,007. Rep. Arausione c. a. 1845, delatus Viennam ad Girardum biblio-

polam, qui vendidit Iulio Charvet negotiatori Parisino a quo emit Sichelius. Hodie Parisiis apud Robertum Mowat.

a IVENALIS⌃COI
ornamentum
⊐IALEPIDOS ⌀

b IVENALIS⌃COL/CR
ornamentum
OCODES⌇ADAS℞⌂D

c IVENALIS/CO⊻
ornamentum
DIAZMYRNE⌇

d IVENALIS BIS PVNC
TVM AD EPIFOR

Descripsi. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 32 (inde Grotefend *Stempel* p. 83 n. 60); *C. I. L.* XII n. 5691, 7; Espérandieu n. 122.

Iuenalis col(lyrium) dialepidos. — Iuenalis coll(yrium) crocodes ad aspritud(ines). — Iuenalis colly(rium) diazmyrnes. — Iuenalis bis punctum ad epifor(as).

---

117 Steatitis viridis, long. m. 0,036. lat. et crass. m. 0,007. Rep. a. 1842 *on the Spittlefields* prope vicum *Goldenbridge* (*Ireland*) WAY; servatur in museo Britannico.

M IVVEN TVTIANI
⅁IAMYSVS AD V⊐ CIC

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Ed. Way *archaeol. journal* XVII (1850) p. 355 cum imagine, cf. *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 173; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 253 et tab. III fig. 12, *archaeol. essays* II p. 294; A. W. Franks *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II, 2 (1861—64) p. 410 (inde Wilde *catal. of the museum of the Royal Irisch academy* I 1866 p. 126; Grotefend *Philol.* XIII p. 150 n. 41, *Stempel* p. 84 n. 61); *C. I. L.* VII 1315 de visu; Espérandieu n. 67.

M. Iuvent(i) Tutiani diamysus ad vet(eres) cic(atrices).

---

118 Steatitis viridis, long. m. 0,047, lat. m. 0,046, crass. m. 0,040. Rep. m. Aug. a. 1885 Arelate *sous le seuil d'une porte située sur la voie dite Rond-Point des Arènes* HVARD; dono Augier structoris inlata in museum.

a Q L · DIONYSI DIALIBA
NV AD LPPIT · EX OVO

b Q · L · DIONYSI PENICLLEM
AD IMPET · LIPPTEXoVo

c Q · L DIONYSI DIAGLAVCI
V AD LIPPITVDINEMEX O

d Q L DIONYSI CHLORON
AD LIPPITVDINEMEX oVo

Descripsi. Ed. Huard *bull. archéol. du comité des trav. hist.* 1887 p. 397, cf. p. 387 (inde Cagnat *année épigr.* 1888 n. 55); Allmer *rev. épigr.* II (1888) p. 358 ex apographo Huardi; Espérandieu n. 13.

Q. L(. . .) Dionysi dialibanu(m) ad lippit(udinem) ex ovo. — Q. L(. . . .) Dionysi penicillem ad impet(um) lippit(udinis) ex ovo. — Q. L(. . . .) Dionysi diaglauciu(m) ad lippitudinem ex o(vo). — Q. L(. . . .) Dionysi chloron ad lippitudinem ex ovo.

---

119 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,055, lat. m. 0,036, crass. m. 0,018. Rep. a. 1872 exeunte in agro inter vicos *Thourotte* et *Machemont* (*Oise*) BOVLOGNE, *dans la forêt de Laigues, derrière le château du Plessis-Brion* DESJ. per errorem ut videtur; delata *Ourscamp* prope vicum *Chiry* in domum Peigné-Delacourt BÉCV (in litteris ad me datis) et vendita paulo post a. 1874; ubi nunc sit ignoro.

a M · L · MARITV
MI·PACCIANV
M · AD ASPRITV

b. d vacant

c M · L · MARITVMI
DIALEPIDOS AD
(inscriptio imperfecta)

Descripsi ad ectypum gypseum in museo Sangermanensi servatum. Ed. Desjardins *revue archéol.* ser. nov. XXV (1873) p. 256, *mon. épigr. de Bavai* p. 110 ex ectypo, cum imagine; de Roucy *bull. de la soc. histor. de Compiègne* I p. 343 (inde A. Demarsy *bull. mon.* ser. V, 1, p. 817); [Boulogne] *comptes-rendus et mém. du comité archéol. de Noyon* V 1878 p. 400 sine textu (inde *revue des soc. sav.* ser. VII, 2 (1880) p. 99): Klein *Bonner Jahrb.* LV p. 120 n. 120; Espérandieu n. 134. Memorat Blomme *bulletin de l'acad. d'archéol. de Belgique*, annal. ser. IV pars II, XXII (1895) p. 684.

M. L(. . . .) Maritumi paccianum ad aspritu(dines). — M. L(. . . .) Maritumi dialepidos ad . . . . .

120 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,042, lat. m. 0,031, crass. m. 0,008. Rep. c. a. 1886 in agro Romano; fuit Romae apud negotiatorem Martinetti; nunc latet.

a L·LATINI BASILEI
IMPETV LIPPITVDINE

b. *d* vacant

c L·LATINI BASILEI
ASPRITVDINE DIAMYSV

Descripsi ad ectypum cereum a Mowato datum. Edidit de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1886 p. 270 qui aere expressit ex apographo Wolfgangi Helbig (inde Espérandieu n. 154).

a v. 2 ext. INS Vill.; in ectypo litterae ita contignatae non apparent. — *c* v. 2 ext. mutilatus est, sed littera intercidit nulla, ut videtur.

L. Latini Basilei at impetu(m) lippitudine(s). — *L. Latini Basilei at aspritudine(m) diamysu(s).*

---

121 Steatitis viridis long. m. 0,040, lat. m. 0,035, crass. m. 0,006. Rep. c. a. 1840 prope vicum *Riegel* (*Baden*); fuit apud Henricum Schreiber professorem; iam in museo urbano Freiburgensi. Ectypum gypseum extat *Karlsruhe* in museo sub n. C. 3753.

a L LATINI H QVARTI
DIAMSYOS·AD·ASPRITVD

b L LATINI QVARTI H
ISOCHRYSVM AD CL

c ·L·LATINI QVARTI
DIAPSORCOPOBADCL sic

d L·VIR·CARPI

Descripsi ex ectypo cereo in schedis Caroli Zangemeister invento. Exhibent Schreiber *Verzeichniss* 1841 (ms.) p. 270 q. n. v., *Mitth. des hist. Ver. für Steiermark* VI p. 80, *Zeitschr. d. Ges. f. Gesch. v. Freiburg* I (1867) p. 18 (inde Becker *Jahrb. für Philol. u. Pädag.* 1858 p. 587; Klein *Bonner Jahrb.* XXVI p. 75; Grotefend *Philol.* XIII p. 150 n. 42, *Stempel* p. 85 n. 62; Espérandieu n. 153); Brambach *C. I. Rh.* 1652 qui vidit.

c v. 2 DIAPSOROPOBAD Schreib. et qui ab eo pendent, DIAPSOROOPOBAD Brambach, male. Litterae contignatae certae sunt.

L. Latini Quarti diamysyos ad aspritud(ines). — *L. Latini Quarti isochrysum ad cl(aritatem).* — *L. Latini Quarti diapsoric(um) opobal(samatum a)d cl(aritatem).* — *L. Vir(. . .) Carpi.*

122 Schistos viridis, long. m. 0,042, lat. m. 0,035, crass. m. 0,010. Rep. 13 Aug. a. 1887 *etwa 80 meter vor dem Kastell Saalburg neben der Römerstrasse nach Heddernheim im Brandschutt hinter einem Keller zusammen mit Sigillata-Scherben* JACOBI; delatus in oppidum Homburg vor der Höhe in museum, ubi servatur.

a LEPIDI P *c* [illegible]

b vacat *d* PO

Descripsi ad ectypum cereum a Jacobi musei Homburgensis praefecto missum. Ed. Zangemeister *Westd. Korr.-Bl.* 1888 p. 18 qui aere expressit (inde Cagnat *année épigr.* 1888 n. 81); Espérandieu n. 158; Jacobi *das Römerkastell Saalburg* p. 349 cum imagine.

Lepidi p . . . .

---

123 Steatitis viridis, long. m. 0,042, lat. m. 0,038, crass. m. 0,008. Rep. *Wiesbaden* nescio quo anno; extat ibi in museo sub n. 7864.

a ·T· LIVI·ET MAR
CI CATVLI · A T R·

b APOLLINARI (scalpt. imperf.)

c T MARTI·SERVANDI

d vacat

in planitie superiore:

inferius:



Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum gypseum a Cohauseno musei Wiesbadensis olim praefecto missum. Ed. Grotefend *Philol.* XIII p. 151 n. 43, *Stempel* p. 86 n. 63; Becker *Jahrb. für Philol. u. Pädag.* 1858 p. 587; Schuermans *épigr. rom. de la Belgique* II p. 206

= *bull. des comm. roy. d'art et d'archéol.* XXII (1885) p. 322; Espérandieu n. 189. Memorant Becker *Heidelb. Jahrb.* 1868 p. 257; Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 339 *a* solam.

T. Livi et Marci Catuli atr(amentum). — *Apollinari.* — *T. Marti Servandi.* — In plano: *Roma.*

---

124 *Pierre vert-noirâtre* JOH., long. et lat. circa m. 0,040, crass. m. 0,004 BOTTIN. Rep. a. 1813 *dans la commune de Carbec, à peu de distance de l'ancienne abbaye de Grestain* REV.; delata *Evreux* ad Masson de Saint-Amand regionis q. d. *de l'Eure* praefectum; fuit postea *Bayeux* apud Pluquet pharmacopolam JOH.; hodie latet.

a T·LOLLI·FRONIMI
LENE·PENICILV»

b. d . vacant

c T·LOL·FRONIMI
ISOTHEON AD

Exhibent Rever *appendice* p. 45. 52 et tab. 4 fig. 2 qui vidit; Eloi Johanneau apud Bottin *mélanges* p. 113 ex apographo Pluqueti (inde Duchalais *observ.* p. 58 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 214; Grotefend *Philol.* XIII p. 152 n. 44, *Stempel* p. 89 n. 64; Espérandieu n. 42).

c v. l T·L·FRONIMI Johan. et qui ab eo pendent, male.

T Lolli Fronimi lene penicillum. — *T. Lol(li) Fronimi isotheon a(d) d(iathesis?).*

---

125 Steatitis viridis pentagona, long. m. 0,040, lat. max. m. 0,022, crass. m. 0,006. Rep. c. a. 1866 Vesontione; delata Parisios ad Sichelium medicum, post cuius mortem emit Robertus Mowat apud quem extat.



a C·LVC·SABIN

b—e vacant

Descripsi. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 115 n. 96 (inde Grotefend *Stempel* p. 8 not. 9 et p. 47 not. 11); Espérandieu n. 31. Memorat Klein *Stempel* n. 114.

C. Luc(...) Sabin(i).

126 Lapillus rep. saeculo XVIII° in silva Valkenburgensi, duabus circiter leucis a Traiecto ad Mosam distante, quam sibi cognominem fecerunt corvi (vulgo *Ravensbosch*) SAX.; possidebat Pelerinus senator Mosa-Traiectinus, teste eodem. Periit aut latet.

a C LVCCI · ALEXANDRI DIAL
EPIDOS AD ASPRITVDINE

b C LVCCI · ALEXANDRI LENE
AD OMNEM LIPPITVDINE

c C LVCCI · ALEXANDRI AD CALI
CINES ED SCABRITIAS OMNES

d C LVCCI · ALEXANDRI CROCO
DES AT ASPRITVDINES

Exhibet Saxius *epist.* p. 9 cum imagine (inde pendent posteriores omnes: Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 238; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 67 n. 19; Kühn *index med. ocul.* II, 4; Orelli n. 4233, ex hoc Ravenèz in translat. *Alsat. illust.* Schoepflini (1852) III p. 131; Steiner *codex inscript. rom.* II p. 281 n. 1456; Grotefend *Philol.* XIII p. 153 n. 45, *Stempel* p. 89 n. 65; Brambach *C. I. Rh.* 136; Espérandieu n. 93). Memorant Janssen *revue archéol.* VI (1849) p. 579; Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 855; Warlomont *annales d'oculist.* LVII (1867) p. 206 not. 2 ex exemplo Sicheli.

C. Lucci Alexandri dialepidos ad aspritudine(m). — C. Lucci Alexandri lene ad omnem lippitudine(m). — C. Lucci Alexandri ad cali[g]ines e[t] scabritias omnes. — C. Lucci Alexandri crocodes at aspritudines.

127 Steatitis viridis, long. m. 0,035, lat. m. 0,032, crass. m. 0,006. Rep. m. Mart. a. 1869 *Poitiers en creusant les fondations de la maison que faisait construire M. Bonneau de Beauregard, dans la rue Neuve de la Mairie, et qui porte aujourd'hui le n. 18* RICH.; fuit ibi in domo Henrici Pinchaud, postea pervenit in collectionem Alfredi Richard Pictavi, ubi servatur.

a C · M · HELI · PROTE
VS AD SVFFVSS

b–d vacant

Descripsi. Ed. Ledain *bull. des ant. de l'Ouest* XIV (1874) p. 16; Espérandieu *épigr. rom. du Poitou* p. 345 et tab. 49, *recueil* n. 135; Richard *marques de potiers* (= *mém. des antiq. de l'Ouest* ser. II, 12, 1890) p. 64 et tab. XII.

C. M(. . .) Heli proteus ad suffuss(iones).

128 Steatitis viridis fastigata, long. m. 0,039, lat. m. 0,031, crass. m. 0,008. Originis incertae; antea Regensburgi apud Steiglehnerum, hodie Monaci in nummophylacio.

a L M ÆMORIALIS DIAS
MYR·DICÆNETOS POST ÆP

b L M ÆMORIALIS
DIOX ⌀ sVS

c L M ÆMORIALIS CR⌀
CODES REGIVM·T·P

d L·M QVINARIVM
O ⌀ X

in plano:

IΛM LENE

Descripsi ad ectypum gypseum a Riggauerio nummophylacii Monacensis praefecto missum. Ed. Mommsen *ephem. epigr.* II p. 450 n. 1006 (inde Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 173 *c* solam; Schuermans *épigr. rom. de la Belgique* II p. 213 *c* solam); Espérandieu n. 137; *C. I. L.* III 12032—2.

L. M(....) Memorialis diasmyr(nes) dicentetos post imp(etum). — L. M(....) Memorialis dioxsus. — L. M(....) Memorialis crocodes regium t(etra)p(harmacum). — L. M(....) quinarium.....

In plano: *[d]iam(isus) lene.*

---

129 Steatitidis viridis fragmentum, long. m. 0,025, lat. m. 0,015, crass. m. 0,006. Rep. a. 1863 *Bosséaz* prope Orbam; extat Lausannae in museo.

a ΛANIRA
ID EX OVO

b MΛ
IΛNVS litteris cursivis dextrorsum scriptis

c MYRNA

d periit

Descripsi ad ectypum cereum ab A. de Molin musei Lausannensis praefecto missum. Schmidt descripsit *a* et *b*. Ed. Brunner *die Spuren der*

römisch. Aerzte (Zurich a. 1893. 8°) p. 46; de Villefosse *bull. ant. de Fr.* 1894 p. 218 (inde Hildenbrand *die Kollyrien-Stempel* p. 13).

. . . ? *Marc*]*iani ra*[*pidum ad l*]*ip*(*pitudinem*) *ex ovo.* — *Ma*[*rc*]*ianus.* — . . . . *dias*]*myrn*(*es*) *a*[*d.* . . . .

Supplementa sunt Villefossi.

---

130 Steatitis, long. m. 0,034, lat. m. 0,018, crass. m. 0,006. Rep. a. 1842 *Bavai*; fuit in vico *Hugemont* prope *Dompierre* (*Nord*) apud dom. de Préseau LEBEAV. Periit aut latet.

	Lebeau:	*Saint-Mémin:*
a	CЯOCODEJ DIODOBVMWA ƆWVIJ IHЯEƆIJ	Q·MAEIÍ·THREPIÍ CROCODES·DIOPOBLSAMV

b. c deficiunt

d vacat

Exhibent Lebeau in *archives hist. et litt. du Nord de la France* ser. nov. V (1844) p. 261 = *Bavai* ed. I (1845) p. 61 ed. II (1859) p. 69 addens: '*chaque feuille* (sic) *est chargée sur trois des quatre tranches d'inscriptions de deux lignes chacune*'; Fevret de Saint-Mémin *note additionnelle* in *mém. de la comm. des ant. de la Côte-d'Or* II (1842—46) p. 190 ex apographo Claudii Rossignol praefecti tabulario (inde Villefosse-Thédenat *cachets* p. 138; Espérandieu n. 22).

Fuit fortasse: *Q. Mae*[*t*]*i Threp*[*t*]*i crocodes diopob*[*a*]*lsamu*(*m*).

---

131 Schistos viridis, long. m. 0,045, lat. m. 0,032, crass. m. 0,009. Rep. Remis paulo ante a. 1880; fuit ibi apud Duquenelle pharmacopolam, post cuius obitum pervenit in museum, ubi servatur. In utroque latere est cavitas elliptica.

a	MAGILLI DIALEP IDOS·AD·CICATRI	*c*	MAGILLI DIOX SVS AD CICATRIV
b	MAGILLI TH VRINVMC	*d*	MAGILLI DIA LEPIDOSC

Descripsi. Ed. Thédenat *bull. critique* 1880 p. 108 cum imagine (inde opinor Desjardins *revue médicale* 1880 p. 679 = *troisième lettre au docteur Edouard Fournié* p. 6); Villefosse-Thédenat *cachets* p. 53; Habert *poterie parlante* p. 169; Espérandieu n. 148.

Magilli dialepidos ad cicatri(*ces*). — *Magilli thurinum c*(*rocodes?*). — *Magilli dioxsus ad cicatri*(*ces*) *v*(*eteres*). — *Magilli dialepidos c*(*rocodes?*).

132 *En 1828, on a trouvé au Sablon (banlieue de Metz), dans le ban Saint-Pierre, un cachet de médecin oculiste, en argile cuite, de couleur brune, de forme carrée, ayant 0 m. 073 de face et 0 m. 16* (sic) *d'épaisseur* BÉGIN qui ubi servetur non indicat.

a C.MANVCII IVN.
DIAR. AD. L·

b C. MANVCII IVN.
COL. AD CLAR...

c C.MANVCII IVN.
ANODYN.....

d C MANVCII IVN.
ON.AVR.AD O...

Exhibet Bégin *lettres* p. 110 vv. non divisis et tab. VII n. 1 (inde Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1881 p. 293; Espérandieu n. 103).

Signaculum et propter materiam indicatam et propter formas *Manucii*, *on(guentum)*, *ad o[culos?]* valde suspectum est; in imagine puncta ad imas litteras apposita sunt.

---

133 Steatitis cinerea fastigata, long. m. 0,033, lat. m. 0,030, crass. m. 0,007. Rep. m. Nov. a. 1846 *Amiens dans les travaux de terrassement nécessités par la construction de l'embarcadère* DVF.; nunc Parisiis in nummophylacio sub n. 4707, 8.

a MARCELLINIDI
ASMYRNES POS

b MARCELLINI
D (imperfecta)

c MARCELLINI
DIALEPIDOSAD<

d MRCELLINCYCN

in planitie superiore:

inferius:
M

Descripsi. Ed. Dufour *mém. des ant. de Picardie* VIII (1845) p. 576

(inde Sichel *nouv. recueil* p. 17; Grotefend *Philol.* XIII p. 153, *Stempel* p. 90 n. 66); Espérandieu n. 7, cf. *revue générale d'ophthalmologie* 1890 p. 541. Memorat Danicourt *revue archéol.* 1886, 1 p. 89.

Marcellini diasmyrnes post (*impetum*). — *Marcellini d* . . — *Marcellini dialepidos ad c*(*icatrices*). — *Marcellin*(*i*) *cyeni*(*on*). — In plano: *Mar*(*cellini*).

134 Lapillus fuscus, long. et lat. m. 0,034. Originis incertae a sacerdote quodam romano Saenae (*Siena*) a. 1885 visus in sacrario ecclesiae non indicatae, cum hac nota: 'de lapide super quem sanguis beati Thomae Cantuariensis effusus est' ANONYM. Frustra quaesivi.

	traditur:	fuit fortasse:
a	SEVERISEFAIIANICETVM Ψ	SEVERI S EFAN ANICETVM ⁘
b	STACTCJA·R	STACT *ad* CLAR
c	SEVERIS EA	SEVERISTEſA . . . .
d	D·MARCISPODIACM	D·MARCI SPODIACM

Memorat Anonymus in ephemeride *Kentish Gazette* 24 Aug. 1885 q. n. v.; exhibet J. O. W. in ephem. *the Times* 27 Aug. 1885 vv. non divisis (inde Mowat *bull. épigr.* V (1885) p. 217 qui correxit, ex hoc Espérandieu n. 174).

Severi Stefan(*i*) *anicetum*. — *Stact*(*um*) [*ad*] *clar*(*itatem*). — *Severi Ste*[*f*]*a*[*ni* . . .]. — *D*. aut *D*(. . . . .) *Marci spodiacum*.

135 *En 1795* (1789 LAL.), *on trouva dans un jardin, près de Bourg, à 300 pas au nord de l'église de Brou* (*dans le jardin de M. Lescuyer* RIBOUD), *une pierre du genre des stéatites ayant la forme d'une tablette de 2 pouces de long, 14 lignes de large et 6 lignes d'épaisseur; on avait gravé en relief* (sic) *sur chacune des deux tranches longitudinales une inscription en caractères romains* LA TEYSS.; fuit *Bourg* apud Th. Riboud historiographum GVIG.; hodie latet.

Lateyss.:

a	MARITVMICOLAEGYP TIACOPOBALSADCL·M	*b*	MARITVMI EVODESO POBALSAMATVMADASPR

Exhibent Lalande *anecdotes de Bresse* (ms. biblioth. Lugdun. *fonds Coste* n. 2045) f. 25′, pessime; Mongez *mém. de l'Institut* III (an. IX) p. 380 (inde Grotefend *Philol.* XIII p. 154 n. 47, *Stempel* p. 93 n. 70, ex hoc Espérandieu n. 39); idem *planches des antiquités de l'Encyclopédie méthodique* II (Paris. a. 1824. 4°) tab. 357 fig. 11; [Riboud] *annuaire de l'Ain* 1823 p. 14 q. d.; de Moyria-Mailla *mon. rom. du dép. de l'Ain*

(Bourg. a. 1836. 4°) p. 6; Lateyssonnière *recherches hist. sur le départ. de l'Ain* (Bourg a. 1838—1844. 8°) I p. 74 ex apographo Belloci; Guigue *topogr. hist. du départ. de l'Ain* (Trévoux a. 1873. 4°) p. XIV.

a v. 1 MARITVMOOLAEGP *Encyclop.*, MARITUMI COL AEGP Rib.; v. 2 TIACᶜOPOBALS·AD CLA *Encyclop.*, TIAC ⊣ OPOBALS·AD CLM Rib., TIAC·OPOBALS AD CL·M Gnig.; — *b* v. 1 MARITVMIoBWDDESV8D *Encyclop.*, MARITUMLEWDDES ⊣ O$ Rib.; v. 2 ext. ADASPP Riboud. Fuit fortasse:

a MARITVMI COL AEGP
TIAC·OPOBALS·AD CLAR

b MARITVMI·EVODES·O
POBALSAMATVMADASPR

Maritumi col(lyrium) aegyptiac(um) opobals(amatum) ad clar(itatem). — *Maritumi euodes opobalsamatum ad aspr(itudines).*

---

136 Steatitis nigricans fastigata, long. et lat. m. 0,037, crass. m. 0,007. Rep. paulo ante a. 1820 in agro prope *Vieux*; dono De la Rue abbatis inlata a. 1824 *Caen* in museum societatis antiquariorum Normanniae, ubi servatur.

a S·MARTN·ABLAPT
THALASSEROS

b S·MART·ABLAPTI
SM ECTICVM

c S·MART·ABLAPT
CROCODES

d DIARHODON

in planitie superiore:



inferius:

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Villefossio datum. Ed. Revet *appendice au mémoire sur les ruines de Lillebonne* p. 28 et tab. 4 n. 3, *mém. de la soc. des ant. de Normandie* I (1824) p. 472 cum imagine, cf. p. LXIX (inde Duchalais *observ.* p. 59, cf. p. 22 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 216; Grotefend *Philol.* XIII p. 154 n. 48,

Stempel p. 94 n. 71; Lambert *épigr. rom. du Calvados* p. 35 et tab. V n. 13 male); Gervais *catal.* p. 64 n. 301; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 103 aere express.; Espérandieu n. 187. Memorat Sichel *cinq cachets* p. 8.

b v. 2, inter M et E, littera V (M imperfecta, ut videtur), a scalptore per errorem incisa, erasa est.

S. Martini Ablapti thalasseros. — *S. Mart(ini) Ablapti smecticum.* — *S. Mart(ini) Ablapti crocodes.* — *Diarhodon.* — In plano: *Gai.*

137 Steatitis viridis, long. m. 0,044, lat. m. 0,043, crass. m. 0,008. Rep. nescio quo anno in territorio vici *Selongey* (*Côte-d'Or*); ex dono Hocquarti ante a. 1833 habuit Fevret de Saint-Mémin; fuit postea apud Sichel medicum; post mortem eius pervenit in collectionem Roberti Mowat, ubi servatur. Exemplum argillaceum ex collectione Lamberti extat in museo Lugdunensi.

a M MESSI ORGILI YSO
CHRYSWM AD CLAR

b M · MES · ORGILI · TH
VRINVM · EX · OVO

c M · MES · ORGILI LEN
HYGIA AD IMP · LIPP

d vacat

in planitie:

M

Descripsi. Ed. Fevret de Saint-Mémin *mém. de la commission des antiq. de la Côte-d'Or* I (1838) p. 379, *descript.* p. 24 cum imagine (inde Duchalais *observ.* p. 67 pessime, cf. p. 34 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 224); Comarmond *musée de Lyon* p. 423 n. 113 qui ineditam putat et simulacrum cum lapide confundit; Espérandieu n. 167. A prioribus Grotefend *Philol.* XIII p. 155 n. 49, *Stempel* p. 95 n. 72; Lejay *inscr. ant. de la Côte-d'Or* p. 210.

a v. 1 MESSII Grotef.; v. 2 CHRISWIAD, *b* v. 1 ext. et v. 2 in. INVRIAVM, *c* v. 2 ext. IMP.IPPO Comarm., male.

M. Messi Orgili ysochrysum ad clar(itatem). — *M. Mes(si) Orgili thurinum ex ovo.* — *M. Mes(si) Orgili len(e) hygia(sma) ad imp(etum) lipp(itudinis).*

138 Steatitis viridis, long. m. 0,049, lat. m. 0,032, crass. m. 0,011. Rep. a. 1818 *near the Leause's Garden* in territorio oppidi *Cirencester* (*Gloucestershire*) *deposited in a plain fictile urn about eight inches high* BVCKM.-NEWM.; S. Lysons societati antiquariorum

Londinensium exhibuit 4 Febr. a. 1819, testibus iisdem; fuit *Stanscombe Park* apud P. B. Burwell WAY; nunc in museo Britannico.

a MINERVALIS DEALEƀ
ANVM AD INPTȆP EX OV

b. d vacant

c MINERVALIS MELINVM
AD OMNEM DOLOREM

Descripsi ad ectypum cereum ab A. S. Murray musei Britannici praefecto missum. Exhibent Buckmann et Newmarch *illustrations . . . of roman art in Cirencester* [1850] p. 117 (inde Osann *Philol.* VIII (1853) p. 762); A. Way *archaeol. journal* VII (1850) p. 357, cf. *Bonner Jahrb.* XX (1853) p. 174; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 252 et tab. III fig. 11 (inde Wright *the Celt* p. 243); idem *archaeological essays* II p. 291 et tab. 11; Espérandieu n. 46. A prioribus *Göttinger gelehrte Anzeigen* 1852 p. 1826; Grotefend *Philol.* XIII p. 155 n. 50, *Stempel* p. 96 n. 73; *C. I. L.* VII. 1316. Citant Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 170 *c* solam, p. 325 *a* solam; Bunnell-Lewis *Archaeological journal* XLV (1888) p. 227 *c* solam.

Minervalis dealebanum ad inp(e)t(um) lipp(itudinis) ex ov(o). — Minervalis melinum ad omnem dolorem.

---

139 Steatitis viridis, long. m. 0,035, lat. m. 0,029. crass. m. 0,010. Rep. a. 1890 Bonnae; delata Coloniam Agrippinensium ad negotiatorem quendam a quo emit Joseph Klein; ubi nunc sit ignoro.

a C·MONT·IVE DI
ALEPID AD ASP

b C M·IVENIS
SPODIAC·AD L

c C·MONTI·IVVEN
EVODES AD CLA

d MAPKIANOY
KYKNAPIA

Descripsit Zangemeister. Ed. Rautert *Bonn. Jahrb.* 1890 (1891) p. 212; St. Ley *Westd. Korr.-Bl.* 1891 p. 81 (inde Cagnat *année épigr.* 1891 n. 94, ex hoc Espérandieu n. 61). Memorat de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1902 p. 300.

C. Mont(i) Iu(v)e(nis) dialepid(os) ad asp(ritudines). — C. M(onti) Iu-(v)enis spodiac(um) ad l(ippitudinem). — C. Monti Iuven(is) euodes ad clar(itatem). — Μαρκιανοῦ κυκνάρια.

140 Schistos viridis, long. m. 0,036, lat. m. 0,027, crass. m. 0,008. Rep. a. 1869 in amphitheatro Silvanectensi; nunc ibidem in museo.

a SOL HERMIDI
NARDINVM

b MVNAT MAR
CEL PACCI
N AD LIP EX C

c SOL HERMID
DIALEPIDOS

d vacat

Descripsi ad ectypum cereum a S. de Ricci missum. Ed. Fröhner *c.-r. de la soc. fr. de num. et d'archéol.* I (1869) p. 248 ad lapidem; de Longpérier in ephem. *le Courrier de l'Oise* 11 Iun. 1869, *rev. archéol.* XX (1869) p. 61 (inde Grotefend *bullett. dell' Instituto arch.* 1870 p. 189, ex hoc Klein *Bonner Jahrb.* LV (1875) p. 130 n. 125; Espérandieu n. 168, cf. p. 185); idem *c.-r. et mém. du comité archéol. de Senlis* VII (1869. 71) p. XXI, *oeuvres* III p. 231; [Vatin] *notice sur les arènes de Senlis* p. 8; [de Marsy] *catal. du musée Vivenel* p. 140 n. 2068; S. de Ricci *rev. archéol.* 1901, 2 p. 265 = *inscript. de l'Oise* p. 29 addens: *'je ne crois pas que* [*le second*] A *de* paccianum *ait jamais existé'*.

Sol(li) Hermidi nardinum. — Munat(i) Marcel(li) pacci(a)n(um) ad lip(pitudinem) ex o(vo). — Sol(li) Hermid(i) dialepidos.

---

141 Steatitis viridis, long. m. 0,046, lat. m. 0,044, crass. m 0,008. Rep. 16 Oct. a. 1811 Nemausi *dans les déblais de l'amphithéâtre* ACAD., PELET *par M. Grangent, architecte, attaché aux réparations de cet édifice* SICH. A. 1864 a vidua Grangent inlata museo Sangermanensi, ubi servatur sub n. 22662.

a MVNATI·TACITI·CRO

b

c vacat

d 

Descripsi. Exhibent *notice des travaux de l'Acad. du Gard* VI (1810) p. 395; Pelet *catal.* edit. V (1858) p. 41, VI (1863) p. 172; Sichel *nouv. recueil* p. 36 n. 90; Alb. Puech *mém. de l'Acad. de Nimes* XLII (1878)

p. 411 = *les chirurgiens d'autrefois à Nimes* p. 71; *C. I. L.* XII 5691, 8; Espérandieu n. 119. A prioribus Grotefend *Philol.* XIV p. 629 n. 76, *Stempel* p. 97 n. 74.

b POMPIIAM PACCAMI Acad., Pelet.; POMPIIAM PACCIANVM Sich. (inde Grotef.); POMPIIIAM PACCAMIA Hirschf.; *d* de litteris scariphatis tacent Acad., Pelet, Sichel; AM IIC GRNIA MAL Hirschf. addens: 'quinta littera C aut L'; IICORNIIMMI Esp. male.

Munati Taciti cro(codes). — *Pompe(i)ani paccianum.*

Quid litterae levissime scariphatae significent non perspicitur.

---

142 Steatitis viridis, long. m. 0,053, lat. m. 0,050, crass. m. 0,010. Originis incertae; extat Vindobonae in museo Caesareo. In parte superiore lapidis foramen est.

a NATALINI VICT
ORNI LENEAD M

b NATALINI VICT
ORINI HERBACI

c NATALINI VICTORI
NI DIAMISVS AD

d NATALINI VICTO
RINI TALASSE

in planitie, tractu cum latereribus *a b d* congruente, litterae primae medicamentorum trium sic incisae sunt:

L, H, T

Descripsi ad ectypum gypseum a Roberto von Schneider musei Vindobonensis praefecto missum. Ediderunt Sacken et Kenner *die Samml. des k. k. Münz- und Antiken-Cabinetes* p. 128 n. 12 (inde Grotefend *Philol.* XXV p. 116 n. 83, *Stempel* p. 97 n. 75); *C. I. L.* III 6018—1; Espérandieu n. 185. Memorat Fröhner *kritische Analekten* p. 87 *a* solam.

Natalini Victor(i)ni lenem(entum) ad im(petum). — *Natalini Victorini herbaci(um).* — *Natalini Victorini diamisus a(d) d(iathesis?).* — *Natalini Victorini talasse(ros).*

---

143 Steatitis viridis, long. m. 0,025, lat. m. 0,024, crass. m. 0,004. Originis incertae; olim Londini in collectione Hans Sloan SIMPS., nunc in museo Britannico.

COLLYR · P · CLOD

Descripsi ad ectypum cereum missum ab A. S. Murray, musei Britannici praefecto. Ed. A. Way *archaeol. journal* 7 (1850) p. 359, cf. *Bonner Jahrb.* 20 (1853) p. 176; Simpson *monthly journal of medical science* 1851 p. 252 (inde Wright *the Celt* p. 245; Sichel *nouv. recueil* p. 75; Grotefend *Philol.* XIII p. 164 n. 71, *Stempel* p. 124 n. 106), *archaeol. essays* II p. 247 cum imagine p. 230 n. 3; *C. I. L.* VII, 1317; Espérandieu n. 85.

COLLYR·P·CLOC Way, Simpson et qui ab eis pendent, male.
Collyr(ium) P(.....) Clod(.....).
Hübner (in Corpore) proposuit: *Collyr(ium) P(omponii) Clod(iani).*

144 Steatitis viridis fastigata long. m. 0,052, lat. m. 0,047, crass. m.0,007. Rep. nescio quo anno *Sens* una cum fragmentis vasculorum Arretinorum, lucerna argillacea et nummis VILL.; fuit ibi apud Poncelet; inde pervenit in museum Sangermanense, ubi servatur sub n. 31405. In latere est cavitas rotunda.

a PATERNIANVS
COL S LIRI
DIAMISOADA

b SEVERIANVS
DLCMTRVS

c MELAFAS
DIALEPINVS

d D I V I X E V (imperfecta)

in planitie superiore:

inferius:

Descripsi. Ed. Poncelet *bull. de la soc. des sc. hist. de l'Yonne* XXVII (1873) p. XXXVII; Barthélemy *revue des soc. savantes* ser. VI, 1 p. 516; Julliot *idem* ser. VII, 4, 1881 p. 225, *bull. des ant. de Fr.* 1881 p. 169, *bull. de la soc. archéol. de Sens* XIII (1885) p. 279 imaginem in tabula adiecta ad p. 288; Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 309 aere express. (inde Habert *poterie parlante* p. 171); Espérandieu n. 171. A prioribus Arnauldet *mém. des ant. de Fr.* LV (1894) p. 289.

Paternianus colliri(um) diamiso(s) ad a(spritudines). Inter duas palmulas littera *s.* — *Severianus d(e)l(a)c(ri)m(a)t(o)r(i)us.* — *M. Flav(i) Faus(ti) dialepinus* (= *dialepidus*). — *Divix(ti) eu* . . . . — In planitie superiore: *Paternianus diamiso(s)*; — *d(e)l(a)c(ri)m(a)t(o)r(i)us.* — Inferius: *Severianus* . . . . . *rius.*

145 Steatitis nigra fastigata, long. et lat. m. 0,035, crass. m. 0,009. Originis incertae; extat Parisiis in nummophylacio.

a PAVLINI DIAB
SORICVM

b vacat

c PAVLINI LEN
IPNICLM

d [illegible]

in planitie superiore tractu pari lateribus:

a I

b II

c III

d IIII

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Sichel *cinq cachets* p. 11; Duchalais *observ.* p. 38 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 194; Espérandieu n. 129. A prioribus Zell *delect. inscr. rom.* I p. 428 n. 1899 Philippe *trav. de l'acad. de Reims* VI (1847) p. 255; Grotefend *Philol.* XIII p. 155 n. 51, *Stempel* p. 100 n. 77. Memorant Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 324.

d IMV[illegible]NI Renier (signac. apogr.).

Paulini diabsoricum. — *Paulini len*[*e*] *p*(*e*)*nic*(*i*)*l*(*lu*)*m.*

a v. 2 ultimum elementum non litteram sed clausulam esse puto.

---

146 Signaculum rep. paulo ante a. 1763 in agro Ienensi. 'Lapis est quadratus viridis coloris, minus tamen perlucidus, ut solent esse qui ad iaspidum vulgo genus referuntur. Laterum spatium utrimque simile est, duorum pollicum latitudinem vix excedit. Crassitudo non magna.., superficies polita et levigata . . . paullisper detrita. In medio lapide foramen est arte et studio factum' WALCH. Fuit Ienae in museo J. E. J. Walchii; periit aut latet.

a PHRONIM DIAPSOR
OPOBALS AD CLAR

b PHRONIMDASMRN
POST MPE LIP EXOV

c PHRONIM EVODES
ADASPRIT · ET · CIK

d PHRONIMI PENICIL
AD OMNEM LIPPIT

Edidit Walch *sigil.* p. 2, *ant.* p. 4 ligno express. cf. p. 51 (inde pendent posteriores omnes: Saxius *epist.* p. 57; Jugler *bibl. ophthalm.* p. 68 sine textu; Gough in *Archaeol.* IX (1789) p. 237; Tôchon d'Anneci p. 66 n. 15; Morcelli *opera epigr.* (Patav. a. 1819. 4°) II p. 213; Kühn *index medic. ocul.* X, 3; Zell *delect. inscr. rom.* I p. 427 n. 1898; Grotefend

Philol. XIII p. 156 n. 52, *Stempel* p. 101 n. 78; Espérandieu n. 73). Memorat Visconti *journal des savants* 1817 p. 172 *c* solam.

Phronim(i) diapsor(icum) opobals(amatum) ad clar(itatem). — Phronimi diasmurn(es) post impet(um) lip(pitudinis) ex ov(o). — Phronimi enodes ad asprit(udines) et cik(atrices). — Phronimi penicil(lum) ad omnem lipprit(udinem).

---

147 Lapillus, long. m. 0,05, lat. m. 0,036, crass. fere m. 0,011. Rep. ante a. 1846 Mettis; delatus Parisios in domum Brageux *29 bis rue Louis-le-Grand* SICH.; hodie latet.

a
L·P·VILLANI·DIA
SMYRN·POST·I·P·L

b
L P VILLANI
DIA (scalptura imperfecta)

c
L · P · VILLANI DI
ALEPID AD AS

d
L·P·VILLANI·LEN
P AD IMP LIBPB · L

Descripsi ad ectypum cereum inter schedas Sicheli a Mowato mihi datas inventum. Edidit Sichel *nouv. recueil* p. 48 (inde Grotefend *Stempel* p. 98 n. 76; Espérandieu n. 104).

L. Pl(. . . .) Villani diasmyrn(es) post i(mpetum) p(rimum) l(ippitudinis). — L. Pl(. . . .) Villani dia(. . . .). — L. Pl(. . . .) Villani dialepid(os) ad as(pritudines). — L. Pl(. . . .) Villani len[e?] ad imp(etum) li[p]p(itudinis) [e] l(acte?).

---

148 Tabula rep. a. 1767 *Beauvais* GRIV.; periit aut latet.

a SE·PO·CALENI DIALEPIDOS AD VETERES CICATRICES

b SE · PO · CALENI AMIE STACTVM OBOBALS AD CI

c . . . . . ISVM AD VETERES CICATRICES

d . . . . . RNES AD SEDATAS LIP

Exhibet Grivaud de la Vincelle *mon. ant.* II p. 287 ad ectypum vv. non divisis et litteris, ut mihi videtur, partim suppletis (inde pendent posteriores omnes: Duchalais *observ.* p. 61 = *mém. des ant. de Fr.* XVIII (1846) p. 217; Sichel *nouv. recueil* p. 101; Grotefend *Philol.* XIII p. 156 n. 53, *Stempel* p. 101 n. 79; Espérandieu n. 28; de Ricci *rev. archéol.* XXXV (1899) p. 110 = *répert. épigr. de l'Aisne et de l'Oise* p. 8).

Se. Po(. . .) Caleni dialepidos ad veteres cicatrices. — Se. Po(. . .) Caleni . . . stactum o[p]obals(amatum) ad ci(catrices). — . . . . ? diam]isum ad veteres cicatrices. — . . . . . diasmy]rnes ad sedat[u]s lip(pitudinis).

b ANHE (i. e. *authemerum*) coniecit Grotef.; potest fuisse *ami(u)e(tum)*.

149 Schistos viridis, long. m. 0,052, lat. m. 0,030, crass. m. 0,01. Rep. a. 1864 prope vicum *Saint-Privat d'Allier*, in vallicula dicta *Fontvieille*, una cum quinque instrumentis aeneis ad usum medicorum ocularionum et nummis variis aetatis imperatoriae (a Domitiano ad Philippum) [HERBERT]; delatus *Le Puy* in museum ubi servatur sub n. 660.

a SEX POLLE SOL
LEM CHEL AD CAL

b SEX POLLE SOLL
E FAEON AD LIP

c SEXT POLLEI
SOLEMIAS LE

d SEX POLLE SOLE
MIAEM AD ASP

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum ab Eduardo Gueyffier musei Aniciensis praefecto missum. Ed. [Herbert] in ephem. *le Publicateur de la Vendée* 11 Dec. 1864 (inde [Barjavel] in ephem. *le Conciliateur de Vaucluse* 31 Dec. 1864; Paris *annales d'oculist.* LVI (1866) p. 48); Sichel *nouv. recueil* p. 7. 97 (inde Grotefend *Stempel* p. 102 n. 80); Max. de Causans *annales de la soc. d'agric. du Puy* XXVII (1865) p. 331 cum imagine; Védrènes *traité de médecine de Celse* (Paris. a. 1876. 8°) tab. IV; Espérandieu n. 165; Deneffe *oculist. gallo-rom.* p. 127 et tab. V fig. 11.

Sex. Polle(i) Sollem(nis) chel(idonium) ad cal(iginem). — Sex. Polle(i) Solle(mnis) faeon ad lip(pitudinem). — Sext. Pollei Sollem(nis) dias(myrnes) le(ne). — Sex. Polle(i) Sollem(nis) haem(atinum) ad asp(ritudines).

---

150 Steatitis viridis, long. m. 0,034, lat. m. 0,029, crass. m. 0,006. Rep. m. Iul. a. 1880 Mogontiaci *vor dem Gauthore* KELL.; inlata museo.

a Q·P·DIODOTI DIA
S M Y R N E S

b Q POM DIODO
TI AD EPFOS V

c Q·P·DIODOTI DIA
S M Y R N E S

d Q·P·DIODOTI
ISOCHYSM

in planitie superiore:

Q D· incisae et inversae ut ceterae [= *Q· D(iodoti)*]

Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Lindenschmit musei Mogontiacensis praefecto missum. Exhibent *Reichsanzeiger* 1880 n. 138 q. n. v.; Keller *Bonner Jahrb.* LXX (1881) p. 140 ligno inc.; Espérandieu n. 101. Cf. *Karlsruher Zeitung* 10 Iul. 1880.

Q. P(ompei?) Diodoti diasmyrnes. — Q. Pom(pei?) Diodoti ad epiforas. — Q. P(ompei) Diodoti diasmyrnes. — Q. P(ompei?) Diodoti isoch(r)ysum.

b v. 2 ad *epiforas v(eteres)* Kell.; 'lege AD EPFORAS' monuit Zangemeister in schedis; est scilicet AD EPFORVS. — *c* v. 2 'inter Y et R hasta tenuis est' adnotat idem.

151 Steatitis viridis, long. m. 0,038, lat. m. 0,034, crass. m. 0,006. Rep. a. 1855 in vico *Dalheim*, prope Luciliburgum, in agro, loco dicto *le Petzel* NAM. (qui addit '*cette plaque . . . a été trouvée avec quelques autres semblables*'); dono Specht, consiliarii municipalis, inlata in museum Lucilinrgense.

a Q·POMP·GRAECIN
EVOD·AD·ASPR

b periit

c Q·POM[illegible]RAECN
[illegible]S AD DI

d vacat

Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Roberto Mowat subministratum. Exhibent A. Namur *le camp romain de Dalheim* p. 15 = *publications de la soc. pour la recherche et la conserv. des mon. dans le Gr. Duché de Luxembourg* XI (1855) p. LXXXV et tab. IV fig. 4 imperfecte (inde Klein *Bonner Jahrb.* XXVI (1858) p. 173), *bull. comm. Belg.* VIII (1869) p. 114, cf. Schuermans *ib.* p. 261—291; Grotefend *Philol.* XIII p. 157 n. 54, *Stempel* p. 104 n. 81 (inde Espérandieu n. 56). A prioribus Keiffer *revue archéol.* 1899, 1 p. 137. Memorat Becker *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 853.

Q. Pomp(ei) Graecin(i) euod(es) ad aspr(itudines). — Q. Pom[p(ei)] Graec[i]n(i) d[i]a[m]ys(us) ad di(athesis).

c v. 2 [illegible] Zangemeister.

Eadem nomina in signaculo sequente redeunt.

152 Steatitis viridis, long. et lat. m. 0,055, crass. m. 0,008. Rep. a. 1873 Regensburgi in tumulo; ibi in museo.

a Q · POMPEI GRAECINI COE
NON AD ASPRIT ET CALIGII

b Q POMPEI GRAECIN DIAB
SOR AD OMNEM CLAR FAC

c Q POMPEI GRAECINI DIA
LEPID CROC AD ASR E DIA

d Q POMPEI GRAECINI EVVODES
AD ASPRITVD ET CICATRIC·VET

in planitie superiore: inferius:

I C S S LIB IIIIII
Γ₁ ◯
T·FL·PRI
IVI

Descripsi ad ectypum cereum a Jos. Dahlem musei Regensburgensis praefecto missum. Recognovit Hirschfeld. Ed. Mommsen *ephem.* II n. 1007 a Christio descriptam; idem *ephem.* IV n. 643 ex ipso lapide; Espérandieu n. 138; Hirschfeld *C. I. L.* III n. 12032, 3 addens; 'in parte aversa ego litteras deprehendi nullas, MAT... leviter stilo indicatas esse testatur Mommsen *ephem.* IV n. 643'. In ectypo litterae non apparent.

In planitie: PI | Ꞇ Hirschf., PI | I Christ, P | I Mommsen.

Q. Pompei Graecini coenon ad asprit(udines) et caligin(es). — Q. Pompei Graecin(i) diabsor(icum) ad omnem clar(itatem) fac(iens). — Q. Pompei Graecini dialepid(os) croc(odes) ad aspr(itudines) et dia(thesis). — Q. Pompei Graecini euvodes ad aspritud(ines) et cicatric(es) vet(eres). — In planitie superiore: *T. Fl(avi) Pri(mi). — Iul(i)*; quid reliqua significent nescio. Inferius, fortasse: *lib(ellarum) VI.*

---

153 Steatitis venosa viridis, long. m. 0,052, lat. m. 0,031, crass. m. 0,013. Rep. a. 1854 prope vicum *Alluy (Nièvre) dans un clos où se rencontrent d'anciennes constructions* CROSN.; dono Demerger coactoris inlata eodem anno in museum Nivernense.

a L POMP NIGRINI ARPAS
TON AD RECENT LIPPIT
VDINE ODENT DIE EX OVO

b. d vacant

c L POMP //////I FOOS
AD LIPPITVDINEX OVO

Descripsi ad ectypum cereum a d'Asis-Gaillissans praeside societatis academicae Nivernensis missum. Ed. Crosnier *bull. de la soc. nivern.* I (1854) p. 352, cf. *congrès archéol. de France* 1853 p. 98 (inde Protat *bull. de la soc. d'émulat. de l'Allier* IV (1854) p. 162; Grotefend *Philol.* XIV p. 629 n. 77, *Stempel* p. 105 n. 82 sine textu; Buhot de Kersers *congrès archéol. de France* 1873 p. 261); Protat apud Vallot *mém. de la comm. de la Côte-d'Or* IV (1853/6) p. XXVII; Roubet *bull. de la soc. nivern.* XI (1883) p. 227; Villefosse-Thédenat *recueil* p. 95 cum imagine; Espérandieu n. 3.

L. Pomp(ei?) Nigrini arpaston ad recent(em) lippitudine(m) od(i)ent(em) die(m) ex ovo. — L. Pomp(ei?) [Nigrin]i foos ad lippitudin(em) ex ovo.

a v. 3 sequor interpretationem Villefosse-Thédenat.

---

154 'Signaculum forma tabellae ansatae latum fere cent. 6,4, alt. fere cent. 0,6 *di pietra verde chiara*, quod videtur fuisse medici ocularii. Repertum a. fere 1882 *a S. Masseo* prope Asisium. Asisii vidit Ant. Christofani' BORMANN (in Corpore); ubi nunc sit ignoratur.

POMPEIVS·TROPHIMVS

'Apographum olim ab Antonio Christofanio sumptum communicavit cum Bormanno Justinus filius'.

C. I. L. XI n. 6714, 2.

Signaculo aeneo nihil similius.

---

155 Schistos viridis, long. m. 0,043, lat. m. 0,039, crass. m. 0,010. Rep. nescio quo anno in territorio vici *Bouguenais* (*Loire-inférieure*); delatus ad Namnetes in museum.

a ·PROCLIANI
DIARHOD·ADL

b ·PROCLIANI·
DAGESAM·ADL

c PROCLIANI·DI
ASMYR·POST·MP

d ////////////////ITAT
PROC////////

in planitie superiore (litt. inv.):

PROC

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum a de Lisle du Dreneuc musei Namnetensis praefecto missum. Ed. Parenteau *catal.* edit. II (1863) p. 103 parum accurate (inde Grotefend *bullett. dell' Instit. arch.* 1870 p. 190; Klein *Bonner Jahrb.* LV p. 122 n. 121); Espérandieu n. 38.

d 1 ////ITAT Hirschfeld, qui supplet [*ad clar*]*itat(em)*.

Procliani diarhod(on) ad li(ppitudinem). — Procliani diages(s)am(ias) ad lip(pitudinem). — Procliani diasmyr(nes) post imp(etum). — Procli[ani . . . . . .

---

156 Steatitis viridis, long. m. 0,033, lat. m. 0,021, crass. m. 0,006. Rep. nescio quo anno *Néris*; empta a Roch praefecto rei ali-

mentariae DVF.; per Leonem Palustre venit Turonos in museum societatis archaeologicae.

a PROCVLI·DIALE
PIDOS·AD·ASPR

b PROCVLI·
CIRRON

c PROCVLI·EVO
DES·AD·VOLCE

d PROCVLI·
STACTvM

Descripsimus Hirschfeld ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Leone Palustre missum; misit etiam Robertus Mowat. Ed. Dufour *mém. de la soc. des antiq. de Picardie* VIII (1847) p. 596 ex ectypo Le Serurier consiliarii (inde Henzen n. 7248, ex hoc Klein *Bonner Jahrb.* XXVI p. 175; Grotefend *Philol.* XIII p. 157 n. 55, *Stempel* p. 106 n. 83, ex hoc Thédenat apud de Laugardière *mém. des antiq. du Centre* XVIII (1891) p. 382); [Palustre] *catal. du musée de la soc. archéol. de Touraine* (1871) p. 38 n. 276 confundens cum signaculo n. 135 et Ambianis male tribuens; Bunnell-Lewis *archaeol. journal* XLV (1888) p. 221 cum imagine; Espérandieu n. 116.

Proculi dialepidos ad aspr(itudines). — Proculi cirron. — Proculi euodes ad vol(nera) [g]e(narum). — Proculi stactum.

c v. 2 ext. *ad vol(nera) ce(randa)* Grotef.

V. supra n. 104.

---

157 Signaculum originis, ut apparet, Italicae, sed quo loco repertum sit ignoratur. Fuit Ravennae apud principem Eugenium Rasponi ubi vidit Borghesi GROT.; hodie latet.

a S R HER MELIN

b S R HER THERM

c S R HER STACT

d S R HER CROC

Edidit Grotefend *bullett. dell'Instituto archeol.* (1868) p. 104 a Borghesio descript. (inde Klein *Bonner Jahrb.* LV p. 125 n. 122; Espérandieu n. 155).

S. R(....) Her(metis?) melin(um). — S. R(....) Her(metis?) therm(inum). — S. R(....) Her(metis?) stact(um). — S. R(....) Her(metis?) croc(odes).

158 Steatitis viridis long. m. 0,083, lat. m. 0,022, crass. m. 0,016. Rep. a. 1784 prope vicum *Alleriot* (*Saône-et-Loire*) *dans une pièce de terre défrichée à l'orient de la route qui conduit au Doubs* BAVD.; nunc in museo Sangermanensi sub n. 23454.

REGINI DIASMYRNES POST
LIPPITVDINES EX OVO PRIMM

cet. vacant

in planitie superiore:



inferius:

ƨↃ

ꓤ

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Baudot apud Millin *magas. encyclop.* II (1809) p. 105 (inde Duchalais *observ.* p. 71 ex hoc Grotefend *Philol.* XIII p. 156 n. 56, *Stempel* p. 107 n. 84 qui Aleriae (Corsicae) per errorem tribuit); Fevret de Saint-Mémin *mém. de la comm. des ant. de la Côte-d'Or* I (1840) p. 388 = *descript.* p. 28 cum imagine (inde Lersch *Bonner Jahrb.* II (1843) p. 87); Renier *comptes-rendus de l'acad.* ser. nov. VI (1870) p. 79; Espérandieu n. 2. A prioribus Metman *comm. des antiquités de la Côte-d'Or* XII (1889—1895) p. CXXXI.

In planitie Hirschfeld legit: NI

Y ↄ T ✕ Y

ANNOTCNOT

Regini diasmyrnes post lippitudines ex ovo primum.

---

159 Steatitis cinerea long. et lat. m. 0,052, crass. m. 0,010. Rep. a. 1866 in territorio vici *Villefranche-sur-Cher* (*Loir-et-Cher*); delata vicum *Selles-sur-Cher* in domum Bourgouin medici, ubi extat apud Ludovicum Lottin iudicem, generum eius.

a C ROM STEPHANI
AD DIATHESIS TOL

b. c vacant

d C ROM STEPHAN
AD RECENTES CIC

Descripsi ad ectypum plumbeum a possessore missum. Ed. Bourgouin

mém. de la soc. des sc. et lett. de Blois VII (1867) p. 177, *bull. de la soc. archéol. du Vendômois* XI (1872) p. 178 et tab. I fig. 7 (inde Grotefend *Stempel* p. 107 n. 84*b*; Buhot de Kersers *congrès archéol.* XL (1873) p. 243); Espérandieu n. 188.

C. Rom(ani) Stephani ad diathesis tol(lendas). — *C. Rom(ani) Stephan(i) ad recentes cic(atrices).*

Addit Bourgouin *mém. . . . de Blois* l. c.: *'j'en ai vu une autre, provenant, m'a-t-on dit, de Gièvres, laquelle, indépendamment de l'inscription de la tranche, destinée pour les empreintes, se trouve porter sur une de ses faces, en caractères tout semblables aux premiers, l'inscription parasite*: MARTINVS'. Cf. Gust. Bertrand *revue des soc. savantes* VII (1868) p. 47.

---

160 Steatitis viridis fastigata long. m. 0,045, lat. m. 0,044, crass. m. 0,009. Rep. m. Maio 1865 prope vicum *Saint-Aubin-sur-Gaillon* (*Eure*), *en creusant le sol d'un hypocauste romain précédemment découvert dans une propriété appartenant à M. Homberg, conseiller à la cour impériale de Rouen* BAVD.; delata Rotomagum (*au Manoir de La Motte* in suburbio q. d. *de Saint-Sever*) ad Paulum Baudry, apud quem extat.

a SEXT · ROM · SYM
FORI DIARHoDoN

b SEX · RoM · SYMFoRI
ANICET·AD DIATHE

c *s*XT · RoM · SYMFo
ri DIAMIS AD DIAT

d vacat

Descripsi ad ectypum cereum a possessore datum. Ed. P. Baudry in ephem. *le Nouvelliste de Rouen* 1865 q. n. v. = *cachet sigillaire dit cachet d'oculiste trouvé à Saint-Aubin-sur-Gaillon* (Rouen a. 1865. 8°) p. 9; idem *bull. mon.* ser. IV t. 2 (1866) p. 39 cum imagine = *notice sur un cachet sigillaire dit cachet d'oculiste trouvé à Saint-Aubin-sur-Gaillon* (Caen a. 1866. 8°) p. 11 (inde Grotefend *Philol.* XXV p. 156 n. 84, *Stempel* p. 109 n. 86); Villefosse-Thédenat *cachets* p. 194 qui aere expressit; Espérandieu n. 160. Memorat A. de Lérue in ephem. *le Nouvelliste de Rouen* 14 et 17 Iun. 1877 = *la collection de M. Paul Baudry* (Rouen a. 1877) n. 16 p. 17.

Sext. Rom(ani) Symfori diarhodon. — *Sex. Rom(ani) Symfori anicet(um) ad diathe(sis).* — [*S*]*ext. Rom(ani) Symfo*[*ri*] *diamis(us) ad diat(hesis).*

---

161 Schistos cinereus long. m. 0,032, lat. m. 0,031, crass. m. 0,007. Rep. *Bavai* nescio quo anno; fuit ibi apud Anatolium Crapez; inde pervenit in museum Lillense.

a ROMANI DIA
PSORICVM

b ROMANI CRO
CODES AD ASP

c ROMANI LI
(cet. desiderantur)

d vacat

Descripsimus Zangemeister ad lapidem, ego ad ectypum cereum a Mowato datum. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 29 (inde Grotefend *Stempel* p. 108 n. 85); Desjardins *mon. épigr. de Bavai* p. 86 et tab. VI fig. 2; *catalogue de la collection d'antiquités . . . délaissées par M. A. Crapez . . .* (Bavai et Bruxelles a. 1881. 8°) p. 13 n. 294; Espérandieu n. 24.

c ROMANIIN Zang., ROMANID Sich.

Romani diapsoricum. — Romani crocodes ad asp(ritudines). — Romani lin(imentum?).

---

162 Steatitis viridis long. m. 0,045, lat. m. 0,021, crass. m. 0,008. Rep. m. Sept. a. 1854 Remis; fuit ibi apud Duquenelle pharmacopolam, post cuius obitum pervenit in museum.

a C RV PLOTINI DIA
SOR OBOB AD CLA OC

b

c C RV PLOTINI DIAS
MYRN POS IMPET

d

in planitie superiore:

inferius:

Descripsi. Ed. Loriquet *Reims* p. 286; Sichel *nouv. recueil* p. 73 (inde Grotefend *Stempel* p. 109 n. 87); Espérandieu n. 150.

C. Ru(. . .) Plotini dia[p]sor(icum) o[p]ob(alsamatum) ad cla(ritatem) oc(ulorum). — C. Ru(. . .) Plotini diasmyrn(es) pos(t) impet(um).

---

163 'Tessera hospitalitatis ex terra lapidea nigricante — *diese Tessera ist von einer grünlichen steinigten Erde*' OCHS; Mogontiaci rep. habebat Ochs Francofurti; periit aut latet.

	traditur:	restitue:
a	C · RVFINI DE⌐CF	G · RVFINI DE⍓CR
b	CRVERIRVFINISTA·CI· VM · AD · CALIC⌐INEM	C RVFRI RVFINI STACT VM · AD · CALIGINEM

Ochs *musaeum antiq.* (ms. bibl. Mogunt., a. 1723, cf. huius vol. part. II p. 308) fol. 38.

Fuit fortasse: *G. Rufini delacr(imatorium).* — *C. Rufri Rufini stactum ad caliginem.*

---

164 Steatitis viridis fastigata long. m. 0,029, lat. m. 0,022, crass. m. 0,008. Servata Perusiae in museo archaeologico, ex collectione Guardabassi; unde provenerit ignoratur.

ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ

in planitie superiore:

MZC

Descripsi ad ectypum gypseum a comite G. B. Rossi-Scotti musei Perusini praefecto missum. Ed. Villefosse-Thédenat *cachets* p. 81 cum imagine; Espérandieu n. 132. Citat Héron de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1902 p. 300.

Ρουφείνου.

---

165 Steatitis viridis long. m. 0,027, lat. m. 0,024, crass. 0,005. Rep. c. a. 1878 prope vicum *Charbonnier* (*Puy-de-Dôme*), una cum signaculo supra descripto n. 93; extat ibi apud Iulium Denier fodinarum administratorem.

a	SABINI·COL	*c*	ƧABINI·COL
b	vacat	*d*	NIIƧ litteris graphio scriptis

Descripsi ad ectypum cereum a possessore missum. Ed. de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1886 p. 275 cum imagine; Espérandieu n. 44.

Sabini col(lyrium).

---

166 Lapillus rep. c. a. 1752 Vesontione; fuit ibi apud Dunod historiographum CAYL.; periit aut latet.

a L · SACCI · MENANDR · CHELIDONIM · AD · CA

b L·SACCI·MENANDR·MELINVM·DELACR

c L · SACCI · MENANDRI · THALASSEROS · DELAC

d L · SACCI · MENAN · DIASPHORIC · AD · SC

Edidit Caylus *recueil d'antiq.* I p. 230 vv. non divisis ad ectypum Schoepflini. Inde pendent posteriores: Walch *antiq.* p. 89; Saxius *epist.* p. 51; Gough in *Archaeol.* IX (1789) p. 234; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 64 n. 11, ex hoc Espérandieu n. 32; Kühn *index med. ocul.* VII, 15; Bégin *lettres* p. 127; Grotefend *Philol.* XIII p. 158 n. 57, *Stempel* p. 110 n. 88. Memorant Jugler *bibl. ophthalm.* p. 70; Villefosse-Thédenat *bull. mon.* 1883 p. 693 *d* solam.

a sic traditur; fuit fortasse:

L SACCI MENANDR
CHELIDONIXX AD CA

L. Sacci Menandr(i) chelidoni[u]m ad ca(liginem). — L. Sacci Menandr(i) melinum delacr(imatorium). — L. Sacci Menandri thalasseros delac(rimatorium). — L. Sacci Menan(dri) dia[ps]oric(um) ad sc(abritias).

---

167 Steatitis fastigata 'long. unc. 4, lat. lin. 21, crass. lin. 4' rep. a. 1732 Vesontione *en creusant les fondations d'une nouvelle église qu'on fait bâtir sur la place de S. Pierre* DVN.; fuit ibi apud Dunod historiographum; nunc latet.

G · SAT · SABINIA
NI · DIACHERA · LE

Exhibet Dunod *hist. des Sequanois* I p. 205 cum imagine; ab eodem accepit Boulhier ms. Paris. *fonds franç.* 20317 p. 306 n. 935. Ex Dunod *hist.* pendent posteriores: Caylus *recueil d'antiq.* I p. 229, ex hoc Bégin *lettres* p. 128; Muratori *thes.* 508, 5 ex hoc Walch *sigil.* p. 36, *antiq.* p. 77; Saxius *epist.* p. 47; Mongez *encyclop. méthod., antiquités* (Paris. a. 1786—1792. 4°) IV p. 348; Gough in *Archaeol.* IX (1789) p. 234; Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 63 n. 9 cf. Visconti *journal des savants* 1817 p. 169; Beverel *mém. pour servir à l'hist. de la Franche-Comté* I p. 151; Grotefend *Philol.* XIII p. 159 n. 58, *Stempel* p. 111 n. 89; Sichel *nouv. recueil* p. 109; Espérandieu n. 33. Memorat Jugler *bibl. ophthalm.* p. 69.

v. 1 STAT Murat., Walch, Sax., Gough, Tôchon.

G. Sat(. . . .) Sabiniani diachera(tos) le(ne).

Lectio incerta est.

---

168 Steatitis cinerea long. m. 0,037, lat. m. 0,026, crass. m. 0,008. Rep. 16 Dec. a. 1897 Remis *par M. Jules Orblin, au lieu-dit le Chemin-Vert, au voisinage du boulevard Pommery* GVELL., qui addit: '*ce cachet est très incomplet; il n'a été qu'ébauché et a dû être rejeté à cause d'une cassure qui a enlevé une partie des lettres déjà gravées*'; cum collectione Theophili Habert venit in museum archaeologicum.

a C SEM[illegible]
TI DIAS

b. c vacant

213 Schistos viridis long. m. 0,037, lat. m. 0,022, crass. m. 0,006. Rep. a. 1902 *Boulogne-sur-mer, dans un cimetière mérovingien situé entre la rue de Dringhem et le n. 4 de la rue Framery* SAVV. Ibi in museo.

a ΔIKЄNTH

b vacat

c XΛΩPON

d KYKИ

Descripsi ad ectypum cereum a Sauvage medico musei Bononiensis praefecto missum. Ed. Sauvage *rapport sur les fouilles faites à Boulogne en 1902* (= *bull. de la soc. acad. de Boulogne-sur-mer* VI, 1902) p. 3 cum imagine photographa; Espérandieu *revue épigr.* IV (1902) p. 266 aere express.; Héron de Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1902 p. 299.

Δικέντη(τον). — Χλωρόν. — Κυκν(άριον).

---

214 Steatitis viridis fastigata long. et lat. m. 0,037, crass. m. 0,006. Rep. Aptae paulo ante a. 1752 in sepulcro CAYL.; delata Parisios ad comitem de Caylus, postea apud Mongez; deinde pervenit in nummophylacium, ubi extat snb n. 4707 *bis*.

a AD ASPRITVDI

b POST IMPETV»

c ·AD CALIGINE»

d LENEM·AD IMPE

in planitie superiore: inferius:

Hirschfeld et ego:

Blanchet:

ΣΠΛΛ
ΛΙΩΝ

Descripsimus Hirschfeld et ego. Ed. Caylus *recueil d'ant.* I p. 232 et tab. XC n. 3 (inde Walch *antiq.* p. 91; Saxius *epist.* p. 55; Gough in *Archaeologia* IX p. 236); Mongez *encycl. méthod., ant.,* IV p. 349 cum imagine; Espérandieu n. 10; Adrien Blanchet *bull. des musées* III (1892) p. 238. A prioribus Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 65 n. 13; Grotefend *Philol.* XIII p. 163 n. 69, *Stempel* p. 123 n. 104 (inde Fröhner *kritische Analekten d* solam).

Ad aspritudi(nes). — Post impetum. — Ad caliginem. — Lenem(entum) ad impe(tum).

---

215 Lapilli fragmentum rep. a. 1883 in tumulo, in territorio vici *Villeneuve-d'Allier* (*Haute-Loire*), loco dicto *Jazindes*, una cum multa supellectile: ascia, clavo, lagenis vitreis. Delatum *Brioude* ad Paulum Le Blanc; periit.

|XOVO

De Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1886 p. 273 a Le Blanc acceptum (inde Espérandieu n. 75).

. . . . *e*]*x ovo.*

---

216 Steatitis viridis long. m. 0,034, lat. m. 0,028, crass. m. 0,008. Rep. a. 1865 in agro *Grézin* prope *le Broc* (*Puy-de-Dôme*) una cum tegulis romanis et fragmentis vasculorum Arretinorum; delata *Brioude* ad Mich. Chassaing iudicem, qui vendidit negotiatoribus Parisinis Rollin et Feuardent; hodie Parisiis apud Mowatum.

a

c 

b И

d vacat

Descripsi. Exhibent *Notice de l'exposit. de Clermont-Ferrand* 1880 p. 64; Villefosse-Thédenat *cachets* I p. 198 n. XVIII ad formam ligno incisam; Espérandieu n. 69.

Haud scio an pro signaculo medici ocularii habenda sit.

---

217 Steatitis cinerea fastigata long. et lat. m. 0,021, crass. m. 0,009. Prodiit a. 1894 ex antiquissimo agri Frankenthalensis, qua spectat ad meridiem, coemeterio ripae Rheni proximo HILD.; Ibi in museo.

a ↄ·A·Γ·K·C *c* Λ·T·M·P

b K·K·O *d* C·Δ·A·K

Descripsi ex ectypo cereo in schedis Caroli Zangemeister invento. Ed. Hildenbrand *Monatsschr. des Frankenthaler Altertumsvereins* Octob. 1896 p. 47 cum imagine (cf. Dec. 1896 p. 56) et denuo *signaculum medici ocularii romani* (Frankenthal a. 1897. 8°) p. 6, *die Kollyrien-Stempel* p. 12 n. 2.

Quid litterae, sine dubio graecae, significent, non constat.

Duo signacula quae sequuntur, cum sero in notitiam meam pervenerint, extra ordinem hic collocavi.

218 Schistos viridis, long. m. 0,042, lat. et crass. m. 0,007. Rep. a. 1900 *Cirencester* (*Gloucestershire*); delatus ad Wilfridum Cripps HAVERF. (in litteris ad me datis); ubi extet nescio.

a ATTICI COL·LY·R·TVRINVM
AD OMNES·DOLORES·EX·OVO F

b ATTICI·LENE·AD OMNES·DOLO
⊖ ⍭ ∾
RES POST·IMPETVM LIPPITV

c ATTICI·DIAGLAVCAEVM
AD OMNES DOLORES·F·

d ATTICI COL·LYR·MELI ⊙
NVM AD ASPRITVDIN·F

Misit Haverfield a possessore hodie defuncto descriptum.

Attici collyr(ium) turinum ad omnes dolores ex ovo f(aciens?). — Attici lene ad omnes dolores post impetum lippitu(dinis). — Attici diaglaucaeum ad omnes dolores f(aciens?). — Attici collyr(ium) melinum ad aspritudin(es) f(aciens?).

Debuit collocari supra post n. 18.

219 Rep. a. 1895 in territorio vici *Harrold* prope *Bedford*; ubi nunc sit ignoro.

a C·IVN·TERTVLLI·DIA
LEPID·AD ASPR·ET C

b C·IVN·TERTVLL
DIAMISVS AD CIC

c. d vacant

Ed. Cox *proceedings of the soc. of antiq. of London* XVI (1896) p. 83.
C. Iun(i) Tertulli dialepid(os) ad aspr(itudines) et c(icatrices). — *C. Iun(i) Tertull(i) diamisus ad cic(atrices).*
Debuit collocari supra post n. 115.

B. Pastilli.

220—227 Pastillorum fragmenta rep. Remis a. 1854 in sepulcro una cum signaculo G. Firmi Severi, instrumentis variis aeneis, nummis duobus (v. supra n. 67). Ibi fuerunt diu apud Duquenelle pharmacopolam; nonnulla perierunt, reliqua ex dono possessoris partim in musea Remense et Sangermanense, partim ad Sichel medicum, post eius mortem ad Robertum Mowat pervenerunt.

220 *a* long. m. 0,022, lat. m. 0,008, crass. m. 0,002; extat in museo Remensi; *b* periit.

a M CL
ICA

b CL
VS

a descripsi; *b* miserunt Villefosse-Thédenat.
M. Cl(audi) [M . . . . ad c]ica[trices et . . . .]. — [M.] Cl(audi) M[. . . ad ad]ust[iones? et . . . .].
Conferenda sunt fragmentum pastilli infra n. 228 et signaculum supra n. 46.

221 Periit.

M DVRON////
///ICA//////

Ex schedis Renieranis.
M. Duron[i . . . . . ad c]ica[trices].

222 *a* Periit. — *b* long. m. 0,012, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *c* long. m. 0,016, lat. m. 0,010, crass. m. 0,003; *d* long, m. 0,018, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *e* long. m. 0,022, lat. m. 0,016 crass, m. 0,003. Extant in museo Sangermanensi.

a
MARCELL
IVMADCI

c
MARCE
IVMA

b
MARC
N V N

d
CELLINI
MADCIC

e

Villefosse-Thédenat:
*m*ARC*ellini*
DIOX*us*

ego:
e'
ARC
ADA

b. c. d. e' descripsi; *b. c. d* misit etiam Fröhner; *e* Villefosse-Thédenat a se descript. mihi dederunt (inde Hildenbrand *die Kollyrien-Stempel* p. 13). *a. d* exhibet Sichel *nouv. recueil* p. 79 (inde Grotefend *Stempel* p. 91 n. 67. 68; Espérandieu n. 149. 149*a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 41; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII, 1899/1900 p. 189 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 5; Habert *poterie parlante* p. 169 *d* solam).

Titulus sic restitui potest: *Marcellini* [*nardi*]*num ad cica*(*trices*).

---

223 Long. m. 0,023, lat. m. 0,015, crass. m. 0,003. In museo Sangermanensi servatur.

IANINA
ADLIPPI

Descripsi; misit etiam Fröhner. Exhibent Sichel *nouv. recueil* p. 82 (inde Grotefend *Stempel* p. 122 n. 102; Espérandieu n. 152, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6).

[*? Mati*]*diani na*[*rdinum*] *ad lippi*[*t*(*udinem*)].

---

224 long. m. 0.024, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002. Extat Parisiis apud Mowatum.

////D/NVMA
TRIETASPR

Descripsi.

. . . . . *nar*]*d*[*i*]*num a*[*d cica*]*tri*(*ces*) *et aspr*[*it*(*udines*)].

225 *a* long. m. 0,010, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *b* long. m. 0,023, lat. m. 0,012, crass. m. 0,003. Extant in museo Sangermanensi.

a DIΛL
NƉ/

b [illegible]
[illegible]IƉA

Descripsi. Ed. Sichel *nouv. recueil* p. 79 (inde Espérandieu n. 149, 149*a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6).

. . . . . *dial*[*iba*]*n*(*um*) *ad a*(*spritudines*).

In fine versuum nihil deest.

---

226 *a'* long. m. 0.025, lat. m. 0,010, crass. m. 0,002; *b'* long. m. 0,015, lat. m. 0,012, crass. m. 0,002; *c'* long. m. 0,016, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *d'* long. m. 0,018, lat. m. 0,011, crass. m. 0,002; *e'* long. m. 0,026, lat. m. 0,016, crass. m. 0,003; *f'* long. m. 0,017, lat. m. 0,010, crass. m. 0,002; *g*—*k* cum ceteris in museo Sangermanensi servantur. — *l* long. m. 0,030, lat. m. 0,005, crass. m. 0,002; *m* long. m. 0,021, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002, *n* long. m. 0,030, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002; *o* long. m. 0,022, lat. m. 0,007, crass. m. 0,003; *p* long. m. 0,023, lat. m. 0,009, crass. m. 0,002, extant Parisiis apud Mowatum. — *q* long. m. 0,008, lat. m. 0,006, crass. m. 0,002; *r* long. m. 0.007, lat. m. 0.004, crass. m. 0,002; *s* long. m. 0,007, lat. m. 0,008, crass. m. 0,002, extant in museo Remensi.

in museo Sangermanensi

Fröhner		*ego*			
a	NARDINV[illegible]	*a'*	NARD⟩	*g*	⟩NA⟨
b	⟩ARDINX⟨	*b'*	⟩NARDI⟨	*h*	⟩N/⟨
c	NARDI⟩	*c'*	⟩RDIN⟨	*i*	⟩AR⟨
d	NAR⟩	*d'*	⟩ARD⟨	*j*	/\I⟨
e	[illegible]ARDIN	*e'*	ƉINM sic	*k*	IN
f	⟩INVI	*f'*	⟩INM⟨ sic		

apud Mowatum

l ⟩NARDI[illegible] *n* [illegible]DINVM *p* [illegible]D[illegible]M

m ⟩DINVM *o* ⟩DIN[illegible]

in museo Remensi

q ⟩NVM *r* NAR[illegible] *s* ⟩NV⟨

Descripsi; pleniora apographa sua mihi dedit G. Fröhner qui a. 1863 pastillorum Remensium frustula, quo die in museum Sangermanense inlata sunt, accuratissime transscripsit. *l. m* et duo alia fragmenta sic expressa: NARDINVM, NAR edidit Sichel *nouv. recueil* p. 82 (inde Grotefend *Stempel* p. 122 n. 103; Espérandieu n. 152 *a*, ex hoc Deneffe *les oculistes gallo-romains* p. 51; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 *l* solam = *deux nouv. oculistes* p. 6). Cetera inedita sunt.

Fuit ubique *nardinum.*

---

227 long. m. 0,005, lat. m. 0,004, crass. m. 0,002. Extat in museo Remensi.

⟩OV⟨

Descripsi.

. . . *ex*] *ov*[*o* . . .

---

228 Pastilli fragmentum, long. m. 0,017, lat. m. 0,007, crass. m. 0,002. Rep. Remis m. Febr. a. 1904 inter rudera loco dicto *les Coutures*; nunc in museo.

CL·M⟩
N////⟩

Descripsi.

Cl(*audi*) *M*[. . . . .] *n*[*ardinum*? . . .].

Conferenda sunt fragmenta pastilli supra n. 220 et signaculum supra n. 46.

---

229 Pastilli fragmentum long. m. 0,031, lat. m. 0,011, crass. m. 0,003. Rep. Remis 8 Ian. a. 1896 in sepulcro mulieris loco dicto *la Fosse Pierre-la-Longe* '*enveloppé dans un lambeau de toile qui tomba bientôt en poussière*' HAB. '*Il était accompagné de différents objets: ferrures d'un coffret avec sa clef terminée par une tête de*

lion, magnifique parure de jais, miroir en verre, fibules, épingles en os, fragment de flacon bouché avec du liège, pierre plate [coticula] . . . *et enfin deux petits bronzes de l'empereur Dèce'* GVELL. Cum collectione Haberti pervenit in museum, ubi servatur sub n. 5360.

MIVCVNDI
VODADASP

Descripsi; apud Habert descr. Hirschfeld a. 1898. Ed. Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1897 p. 351; O. Guelliot *trav. de l'acad. de Reims* CVII p. 190 aere express. = *deux nouv. oculistes gallo-romains* p. 6 (inde *revue histor. ardennaise* 2, 1901. p. 88); *Catal. du musée Habert* (Troyes a. 1901. 8°) p. 154 et 214 cum imagine.

M(. . .) *Iucundi* [*e*]*uod*(*es*) *ad asp*[*r*(*itudines*)].

C. Vasa fictilia.

230 'Vas fictile rude atque informe; rep. c. a. 1765 in agro Glanensi (*Saint-Remi*) a dom. Chabran presbytero, qui mihi dono dedit; ego obtuli comiti de Caylus. Litterae prominentes e dextra ad sinistram more typographico procedentes minutissimae utrique lateri operis figlini bis erant impressae, ita ut quater repetitas habuerim; quod quidem facultatem concessit aliud eiusdem exemplar mittendi Nemausum ad Seguierum, qui copiam dedit Walchio' CALVET. Avennione TÔCH. falso. Periit.

C DVRON CLETI
CHELIDO AD CAL quater repetitum

Calvet cod. Massiliensis III f. 23' n. 33, cf. II f. 362 (adnotat. ad Caylus VII tab. 74 p. 261); idem codices Avennienses 1508 p. 81, 2345 p. 328; cod. Nemausensis 13816 (epist. d. 16 Mart. a. 1766 ad Seguierum missa); Séguier (epist. d. 13 Iulii a. 1766 ad Calvetum missa) in codice Avennensi 2345 (inde Héron de Villefosse *bull. monum.* LXV (1879) p. 46 n. 3) et add. p. 60 = *inscript. de Saint-Remy* (Caen a. 1879. 8°) p. 29 et add. p. 43, *bull. des ant. de Fr.* 1879 p. 91; Villefosse-Thédenat *cachets* p. 32, ex his Espérandieu p. 108 n. 9; *C. I. L.* XII 5691, 4); Caylus *recueil d'antiquités* VII p. 261 et tab. 74 (inde Marini *iscriz. ant. doliari* ed. de Rossi et Dressel p. 416 n. 89; Saxius *epist.* p. 62, cf. *journal des savants* Sept. 1775 p. 626; Gough in *Archaeologia* IX (1789) p. 242; Dulaure *mém.*

de l'acad. celt. IV (1809) p. 112; Tôchon d'Annecy *dissert.* p. 36 et p. 66 n. 16; Serieys *lettres inédites* p. 345; Grotefend *Philol.* XIII p. 138 n. 18, *Stempel* p. 46 n. 27); Walch *antiquit.* p. 59 a Seguiero missam. Memorat Duchalais *mém. ant. Fr.* XVIII (1846) p. 178. Cf. Schuermans *sigles figulins* n. 2042.

1 ext. CTET Cayl. et qui ab eo pendent; CTE Walch. — 2 in. CHELID·O Cayl.

C. Duron(i) Cleti chelido(nium) ad cal(iginem).

---

231 '*From the bottom of a Samian bowl which has been impressed with an oculist's stamp*; *found at London*' READY (in litteris ad me datis). Long. m. 0,022, lat. m. 0,005. Servatur in museo Britannico.

Q·IVL·SENIS·CRO
COD·AD·ASP

Descripsi ad ectypum cereum ab A. P. Ready missum. Ed. C. R. Smith *catal. of the museum of London antiquities* 1854 p. 47 n. 206 (inde J. Becker *Jahrb. für Philol.* 1858 p. 589, *Heidelb. Jahrb.* 1858 p. 850; Grotefend *Philol.* XIV (1859) p. 629, *Stempel* p. 73 n. 51); Hübner *C. I. L.* VII 1314 addens 'de antiquitate non est dubitandum' (inde Villefosse-Thédenat *cachets* p. 32, ex his Maxe-Werly *mon. épigr. du Barrois* p. 52); P. Ch. Robert *mélanges d'archéol.* (Paris. a. 1875. 8°) p. 9 (inde Villefosse *bull. des ant. de Fr.* 1879 p. 90); Birch *history of ancient Pottery* (Londin. a. 1858. 8°) II p. 346; Bunnell-Lewis *archaeol. journal* XLV (1888) p. 225; Espérandieu p. 107 n. 6.

Q. Iul(i) Senis crocod(es) ad asp(ritudines).

Medici veteres medicamina ipsi praeparabant. Collyria in vasis lapideis terebantur, sanitati magis convenientibus quam aerea supellex. '*Ii lapides*, inquit Plinius (Hist. nat. XXXVI, 157), *qui sucum reddunt*, oculorum medicamentis *utiles existimantur*; basanites ideo placebat quod *nihil ex sese remittit*'. Ergo ne miremur, omnia ocularіorum signacula ex lapide facta esse. Exstant praeterea coticulae, cum n. 119. 144 repertae, de quarum usu dubitari non potest, tabellae quadratae, signaculis similes, nisi quod latera oblique secta sunt. Habemus alias eiusdem generis, in medio excavatas. Earum exemplar cum pistillo suo apud Thedenatum servatur, qui edidit *bull. mon.* 1890 p. 333, unde figuram



trahimus. Non ab re est conferre anaglypha musei britannici Amyclis effossa (*greek inscriptions* n. 141. 142), in quibus, inter numerosa mundi muliebris instrumenta, catilli duo lapidei repraesentantur, collyriis onusti, pistillis formam pollicis replicati simulantibus. Eiusmodi mortariola ad pigmenta mulierum pertinentia nonnunqam in sepulcris graecis Cypri insulae colliguntur, nec aliena sunt a mortarii medicinalis specie et materia. Ipsis signaculis suis medicos interdum pro coticulis usos esse demonstrant lapides illi, in quorum planitie cavitas est, rotunda vel elliptica, minus apta ad digiti commoditatem pastillos signantis quam pistillorum pulverem humectantis.

Signaculorum forma usitatissima est tabella quadrata, semper fere rectis angulis, raro lateribus obliquis, ne lapis, impressione facta, collyrio nimis adhaereat. Duodeviginti exemplaria (n. 1. 11. 12. 15. 18. 22. 25. 58. 66. 73. 88. 92. 117. 179. 182. 188. 209. 218) regulae formam habent; sunt praeterea duo trigona (n. 2. 208), unum pentagonum (n. 125), unum hexagonum (n. 9), duo cylindrica (n. 47. 51), unum formae singularis (n. 27). Regularum una cristam fert (n. 11), aliam ansatam fuisse suspicio est (n. 154). Mensurae variant. Plurimorum longitudo inter 3 et 5 centimetra consistit, latitudo paulo inferior est, crassitudo centimetrum unum non excedit. Lapis omnium maximus (n. 171) 92 millimetra longus est, latus 46, crassus 14; de minimo, hodie perdito (n. 58), scimus 22 tantum millimetra longum fuisse. Steatitis et schistos, materiae tenerrimae, ad scalpturam idoneae nec grandis pretii, pariter in usu erant.

Constat inter omnes signacula, de quibus agitur, ab ocularis collyriis suis imprimi solita esse; inversis enim litteris scripta sunt. Pars maxima signaculorum quatuor inscriptiones exhibet, distichas et per quatuor frontes lapidis dispositas. Enumerantur nomina medici, collyrium, oculorum morbus, nonnunquam liquor qui pastillum dissolvere debet (*e lacte*, *ex ovo*, *ex aqua*) aut remedii adhibendi iterationes (*bis*, *ter*). Nomina pleraque Latina sunt, cognomina multa Graecanica, in his nonnulla a claris medicis desumpta (*Erasistratus*, *Themiso*). Ipsae inscriptiones signaculorum nonnullorum Graece concepta sunt (n. 54. 139*d*. 164. 213. 217). Raro inveniuntur nomina Gallica (*Divixtus*, *Magillius*, *Cintusminus*) vel Germanica (*Ariovistus*).

Ipsi medici sunt homines obscuri, aliunde prorsus ignoti. Accidit aliquoties ut idem signaculum duos medicos indicet vel plures, nempe socios. Accuratius examinanti apparet, saepe scripturam noviciam successisse textui vetustiori eraso. Ibant igitur signacula per manus multorum medicorum, nec scire possumus quomodo aut qua rerum vicissitudine id factum sit.

Collyriorum vocabula graeca sunt, latine enuntiata. Agnoscimus omnia medicorum veterum remedia, et in tanta pastillorum varietate vix unus est aut alter quem non apud Dioscoridem, Plinium, Celsum, Scribonium Largum, Archigenem invenias, ut apparet ex conspectu quem dedi in priore editione (*Recueil*) p. 116—130[1]). Multis appellationibus praepositio διὰ principium est (*diacholes*, *dialepidos*, *diamisyos*, *diaglauciu*, *diagessamias*, *dialibanu*, *diarhodon*), aliae remedii vel colorem designant (*chloron*, *cirron*) vel indolem (*anodynum*, *smecticum*), aut vaniloquentiae

[1]) De collyriis medicorum ocularium nuper egerunt Hirschberg (*Geschichte der Augenheilkunde im Alterthum.* Lipsiae 1899. p. 207 seq.) et Hugo Magnus (*die Augenheilkunde der Alten.* Vratislaviae 1901. p. 313—369).

graecae testimonia sunt (*ambrosium*, *amimetum*, *isotheon*, *isochryson*, *phos.*) Expertes linguae politioris, ocularii non semper recte neque ad normam grammaticam scribunt.

In signaculis litterae graphio scriptae crebro leguntur easque non omnes ab editoribus notatas esse probabile est. Inscriptiones scariphatae repetunt medici nomen (n. 35. 41. 42. 82. 93. 97. 150. 155. 172. 177. 181. 189) aut pastillos indicant, eodem ordine quo in frontibus signaculi prodeunt (n. 60. 142. 186), scilicet ne pharmacopolae collyriis nomina impressuro opus esset litteras retrogradas enucleare. In lapide n. 202 superficies quatuor morborum nomina fert, congrua lateribus quorum duo formulas usitatas exhibent, sine morbi mentione, cetera extersa sunt; in n. 145 non nisi numeros dispicimus. Anni 204 consules in lapide Gothano n. 33 commemorantur; n. 211 legimus: *redublicare ex sputo in anglo funtane.* Inter figuras agnoscimus gladiatorum par (n. 144), protomen viri (n. 133), hippocampum (n. 136) qui collyrium θαλασσέρωτα significare videtur, columbam (n. 88), lineamenta geometrica flosculis distincta (n. 88. 91. 123), alia multa.

Nonnulla signacula perforata sunt; unum (n. 88) striaturas gerit ita dispositas ut suspicio nascatur, lino circumligatum et ex collo suspensum fuisse; certe medii aevi credulitas duo huius generis signacula (n. 134. 207) inter sanctorum reliquias collocavit.

Venio ad collyria ipsa quorum magnam copiam sepulcra Remensia nobis reddiderunt[1]). Arida sunt (φάρμακα ξηρά) in lamellas diducta paulo largiores quam longas, et quarum spissitudo 3 millimetra non superat. En figura earum (pondo 12 grammata 65 valentium) quae hodie Parisiis apud Robertum Mowat servantur.

Numerus signaculorum crescit quotannis. Saxius (1774) undeviginti, Tôchou d'Anneci (1816) triginta, Duchalais (1846) quinquaginta, Grote-

[1]) Collyrium *nardinum*, cuius nomen in pastillis Remensibus legitur, a pharmacopolis Duquenelle et Bandrimont in elementa sua chemica

fend (1867) centum et duodecim noverunt; hodie ducenta undeviginti cognita sunt. Horum pars plus dimidia reperta est intra fines Galliae Comatae et ad Rheni littora (vide p. 168), non pauca prodierunt in Britannia, par fere numerus in provincia Narbonensi, aliquot etiam ad Danuvium; in Italia pauca, in Hispania et in Africa singula tantum signacula apparuisse notatu dignum est. Erant qui signaculorum ingentem multitudinem in Gallia effossorum ex antiqua sacerdotum disciplina deducere voluerunt; ego Druidarum ne vestigium quidem notavi. Concludo e locorum, in quibus lapides isti apparuerunt, varietate medicos statam sedem non habuisse, nisi forte in urbibus nonnullis (Remis, Nasii, Bagaci, Vesontione), sed vicos et villas sedulo peragrasse ut aegrotos iuvarent.

Omnino nulla reperta sunt in partibus Graecis imperii Romani. Videntur harum partium medici ocularii remedia sua in vasculis plumbeis vel fictilibus venditasse, quorum inscriptiones breviter hic recensebo:

Ἀρτεμιδώρου λύκιον (*tripus*), in vasculo plumbeo Cretae reperto, nunc Parisiis apud Froehnerum; Διονυσίο[υ] λύκιον, in vasculo plumbeo originis incertae, nunc Parisiis in nummophylacio (Babelon *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 188); Ἡρακλείου λύκιον, in vasculo argillaceo originis, ut dicunt, Tarentinae (*C. I. G.* 8512 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 1); Ἰάσονος λύκιον, in vasculis argillaceis tribus (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 2) quorum duo Tarenti reperta esse dicuntur, unum, ex dono Mowati, Parisiis in nummophylacio est (Tôchon d'Anneci *dissert.* p. 6, cf. Visconti *journal des savants* 1817 p. 167; Millin *magasin encyclop.* III (1818) p. 373), alterum citatum a Millino *descript. d'un vase trouvé à Tarente* (Paris.

---

dissolutum est (*journal de pharmacie et de chimie* 1863. I p. 98). Compositio medicamenti haec erat:

matière organique azotée	33,33
silice	4,00
peroxyde de fer	16,00
oxyde noir de cuivre	4,32
oxyde de plomb	23,00
carbonate de chaux	17,66
perte	1,69
	100,00

Nuper, rogatu meo, chemicorum franco-gallorum princeps Berthelot fragmenta minuscula a Mowato praebita eiusdem substantiae examinavit et hanc analysim fecit:

céruse [*carbonate de plomb*],
carbonate de chaux,
oxyde de fer,
phosphate de chaux peu abondant,
matière organique abondante formée par un mélange de diverses substances, dont quelques-unes azotées,
silice,
ni zinc, ni étain,
traces de magnésie et de sulfate de chaux.

Stanni robigo, remedium efficacissimum, abest a collyrii mixtura.

a. 1814. 4°, cf. *magasin encyclop.* 1815 p. 469), tertium Berolini fuit in museo Bartholdiano (Panofka *descr. mus. Barthold.* p. 77; *C. I. G.* 5779); Νεικία λύκιον, in parva olla fictili Cataniae reperta (*C. I. G.* 5681); λύκιον παρὰ Μουσαίου, in vasculo plumbeo Athenis reperto, nunc in museo Britannico (*C. I. G.* 8556*b*); Λύκιον, in vasculis fictilibus duobus: uno in Aegypto reperto, hodie Bonnae apud Alfredum Wiedemann, qui edidit *proceedings of the society of biblical archaeology* VI (1884) p. 54 n. 3, altero, originis incertae, Parisiis a. 1867 vendito (Villefosse-Thédenat *cachets* I p. 30); Νυμφοδώρου μύρρον, in vasculo plumbeo in *Anz. zum Jahrbuch des Arch. Instituts* 1904 p. 32; Ἐδεσίου (i. e. Αἰδεσίου), in vasculo plumbeo, ex collectione Raifé (*catal.* 1867 n. 965), nunc Parisiis apud Froehnerum; Διονυσίου, in vasculo argillaceo in Aegypto reperto (Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1881 p. 291 not. 2); Κόσμου, in vasculo argillaceo in monte Eryce reperto (*C. I. G.* 5522 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2406, 3*a*); Κοσμᾶ ἰατροῦ in tubo ut dicitur plumbeo, Romae adservato (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1788 = 2406, 3*b*); Μακε[δ]ονίου, in vasculo parvo quadrangulo in acutum desinente Romae empto ab Henrico Dressel apud quem extat (*C. I. L.* XV, 2 8016); Μακεδονικοῦ, in vasculo parvo quadrangulo in acutum desinente Romae reperto, nunc Parisiis apud Froehnerum; [Μηνο]δότου, in tubo plumbeo originis incertae, nunc Parisiis in nummophylacio (Babelon-Blanchet *catal. des bronzes de la Bibl. nat.* n. 2330); Νέωνος, in vasculis parvis plumbeis tribus: uno originis romanae Parisiis apud Froehnerum, altero, Smyrnae rep., Parisiis in museo q. d. *le Louvre* (*acquisitions de 1899* in *bull. des ant. de Fr.* 1899 p. 410), tertio in agro Pergameno rep., *Anz. zum Jahrb. des Archaeol. Institutes* 1904 p. 32; Φειλώτου, in vasculo in agro Pergameno rep., *Anz. Jahrb.* l. c.; Φοιβαρίου, in vasculis parvis plumbeis duobus in acutum desinentibus, uno, in insula Cypro rep., nunc Parisiis apud Froehnerum, altero, Syriacae originis, Parisiis apud Hadrianum Blanchet, qui edidit *bull des ant. de Fr.* 1896 p. 174; Φῶς, in vasculo plumbeo Parisiis in nummophylacio servato (Babelon-Blanchet *catal. des bronzes de la Bibl. nat.* n. 2231).[1])

[1]) Lapides tres in *Bulletin de l'acad. d'Hippone* n. 30 (1899/1900) p. 17—23 editi ad rem medicam non pertinent. Sigilla duo non admisi: primum rotundum, *Leicester* rep. (ibi in museo): C·PAL·GRACILIS; infra, caput humanum (*Ephem. epigr.* III p. 447 n. 136); alterum doliolum simulans, Rotomagi rep., ut creditur: CAMELI·L·LYRIP (Thédenat *bull. des ant. de Fr.* 1895 p. 328 cum imagine). Vasculum plumbeum originis incertae cum inscriptione: EX OFF CINA (sic) | L·OC TAVI AD·CAL (Lebègue *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 16) pariter exclusum est.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

ad n. 1. *'Trouvé en 1798, par M. Fouquet architecte, chargé de la démolition du château de Bayeux'* ANONYM. inter litteras Lamberti ex bibliotheca Pauli de Farcy, nunc apud me.

ad n. 22, *b* v. 1 extr. pro ER scr. TR.

ad n. 24. Recognovi ad lapidem a possessore communicatum.

ad n. 28, adde Ravenèz in translat. *Alsat. illust.* Schoepflini III (1852) *b* solam; pro Bunnel-Lewis scr. Bunnell-Lewis.

ad n. 29, adde: Ex *Mercure de France* Mongez *encyclop. méthod., antiquités* (Paris. a. 1786. 1794. 4°) IV p. 347.

ad n. 31, adde: Ex Sponio Mongez *encyclop. méthod., antiquités* IV p. 347.

ad n. 33, *a* v. 1 pro QVINTILIAN̄ scr. QVINTIAN̄; de lectione QVINꝋLAN̄ ne cogites; attamen, conferens signaculum cum lapide n. 32, cognomen medici *Quinti(li)anus* potius quam *Quintianus* legendum esse crediderim. *b* v. 1 scr. TI·CL·APOLLINARIS.

ad n. 34, *c* v. 2 pro SPHERION scr. SPERION.

ad n. 35, adde: Ex Roberto (*Mélanges*) *la Mosaïque* (Paris. 4°) IV (1876) p. 56; *c* v. 1 pro CASSI IVCVNDI scr. CASS·IVCVNDI.

ad n. 44, *a* v. 2 pro OPO AD scr. OPOB AD.

ad n. 47, pro extat ibi in museo scr. extat Shrewsbury in museo. Recognovi ad ectypum cartaceum ab Haverfieldio communicatum.

ad n. 55, adde: Mongez *encyclop. méthod., antiquités* IV p. 348. Nomina medici fortasse legenda sunt *Decmi P[ac]ci Flaviani.*

ad n. 56, pro steatitis cinerea scr. schistos cinereus fastigatus. Signaculum rep. c. a. 1886, non a. 1866 ut per errorem typothetae impressum est. — *a* v. 2 ext. PIM; *d* v. 1 ꝺRATI. Recognovi ex ipso lapide a possessore communicato.

ad n. 66, pro fuit ibi apud Duquenelle pharmacopolam scr. fuit ibi apud holitorem quendam (LE MVET in litt. ad me datis).

ad n. 83, *b* v. 1 ext. pro EVVODES scr. EVVODE.

ad n. 85, pro a. 1893 scr. m. Aug. a. 1887; pro Menjot d'Elbène scr. Menjot d'Elbenne. Adde: Menjot d'Elbenne in ephemeride *le Nouvelliste de la Sarthe* 15 Sept. 1890.

ad n. 88, apographum accurate confectum Seymour de Ricci mihi communicavit; in plano legit:

i. e. fortasse *Atianu*[*s*] medici cognomen.

ad n. 89, *d* v. 1 in. pro PIENTI scr. SPIENTI; v. 2 lege *euvod*(*es*), non *euvod*[*es*]. Recognovi ad lapidem.

ad n. 94, adde: Ex Maffeio Mongez *encyclop. méthod., antiquités* IV p. 348.

ad n. 103, adde: Ex Maffeio Mongez *encyclop. méthod., antiquités* IV p. 347.

ad n. 104, adde: Francis Pérot *les eaux du Mont-Dore dans l'antiquité* (= *revue médicale du Mont-Dore* 1904) p. 17 not. 2 vv. non divisis.

ad n. 118, *d* v. 2 pro LIPPITVDINEM scr. LꝑPTVDNEM. Recognovi ad lapidem; ectypum cereum mihi misit Périgoule musei Arelatensis praefectus.

ad n. 119, pro Boulogne scr. Boulongne; pro et vendita paulo post a. 1874 scr. pervenit a. 1880 in museum societatis archaeologicae Noviomagensis ubi Seymour de Ricci a. 1903 frustra quaesivit. (Cf. *comptes-rendus et mém. du comité archéol. de Noyon* VI (1880) p. XXVII).

ad n. 156, pro n. 135 scr. n. 15.

ad n. 188 (p. 116), pro Bunnel-Lewis scr. Bunnell-Lewis.

ad n. 207, pro CROCOɑ scr. CROCOÆ. Descripsi ad ectypum ab abbate Brune missum.

INDICES

Numeri nude positi ad inscriptiones remittunt.

* ubi praeponitur, aut lectio corrupta est aut explicatio incerta.

[ ] in indice cognominum qui comprehenduntur numeri, eo significatur eosdem homines etiam in indice praecedente nominum comparere, contra qui extra uncos leguntur numeri eos homines aut nomine carere aut certe id periisse.

NOMINA.

M. A . . . . C 1
Ael(ius) Fotinus 2
P. Ael(ius) Theophiles 3
Cn. Albinius Natalis 4
Q. Albius Vitalio 5
Albucius 6
*C. Alien(ius) Maturus 7
Q. Allius Threptus 8
T. *A[nn]ius 204
C. *An(nius) Censorinus 9
T. Antistius Omullus 11
Antonius 14
Sex. Antonius Attalus 12
L. Antonius Epictetus 13
Antonius Secundus 14
*T. Asuetinius Severus 16
C. *Asut(ius) Amandus 17
C. Atticius Latinus 18
T. Attius Divixtus 19
C. Attius Victorinus 20
M. C . . . . Celsinus 21
C . . . . Dedemo 22
T. C . . . . Philumenus 23
M. C . . . . Rectus 24
C . . . . Xanthus 25
Gaius Cae . . . . Catodus 26
Cae . . . Diadumenus 27
L. Caemius Paternus 28
Q. *Caer . . . Quintilianus 29
C. Cap . . . Sabinianus 31
Q. Carminius Quintilianus 32. 33
(ubi *sculptum* est Quintianus, *cf. add. p. 143*)
C. Cassius Censor 34
Cassius Iucundus 35
M. Cass(ius) Marcianus 36
C. Cintusminius Blandus 38
C. Cisp(ius) 39
Claudii (duo) 40
T. Cl(audius) Apollinaris 33
Tib. Cl(audius) Di 41
Cl(audius) Fidus Isidorus 43
Ti. Cl(audius) (H)esychus 42
C. Cl(audius) Immunis 44
Cl(audius) M . . . 228
M. Cl(audius) M . . . 220
Tib. Cl(audius) M . . . 47
L. Cl(audius) Martinus 45
M. Cl(audius) Martinus 46
Tib. Claudius Messor 48
Ti. Cl(audius) Onesiphorus 49
C. Cl(audius) Primus 50
Ti. Cl(audius) Saecularis 51
Tib. Cl(audius) Themiso 52
P Clod 143
*Cor(nelius) 53
*D . . . . Marcus 134
C. Domitius Magnus 57
M. Duronius 221
C. Duronius Cletus 230

*G. Er . . . Valerianus 185
P. F . . . . Martialis 62
*T. Fanius Agatho 63
L. Fanius Theofilus 63
G. Firm(ius) Sever(us) 67
S. Fl(avius) Basilus 68
*M. Flav(ius) Faus(tus) 144
T. Fl(avius) Primus 152
T. Fl(avius) Respectus 69
Fl(avius) Secundus 70
Fl(avius) Theo 71
P. Fulvius Cott[a] 72
C. Fuscianius Iustus 73
C. Fusciuius Alc(imus) 74
G . . . Achilleus 75
D. Gallius Sestus 76
L. Gavius Epaphrodit(us) 77
T. Helius 112
P. Helius Facilis 80
Hermidius 140
. . . Hirpidius Polytimus 81
C. Ing(enuius) Urbicus 85
Iulius (*fort. cogn.*) 18. 152. 170
C. Iul(ius) *A . . . 88
L. Iul(ius) Amandus 89
C. Iulius Atilianus 90
T. Iul(ius) Attalus 91
*C. Iulius Billicus 92
C. Iul(ius) Callistus 93
M. Iul(ius) Charito 94
Tib. Iul(ius) Clarus 95
C. Iul(ius) Dionysodorus 96
L. *I(ulius) Docilas 82
C. Iul(ius) Euhodus 97
Tiberius Iulius Facundus 98
Marcus Iulius Felicianus 99
C. Iul(ius) Florus 100
Iul(ius) Iucundus 101
L. Iul(ius) Iu(v)enis 70
C. Iul(ius) Libycus 50
C. Iul(ius) Lunaris 102
Q. Iul(ius) Murranus 103
C. Iul(ius) Muscus 69
L. Iul(ius) Proculus 104
M. Iulius Sabinus 105
M. Iul(ius) Satyrus 106
Sex. Iul(ius) Sedatus 107
Q. Iul(ius) Senex 231
Titus Iulius Victor 108
Iunius Helius 26
L. Iunius Macrinus 109
L. Iunius Philinus 110
Iunius Taurus 111. 112. 114
Q. Iun(ius) Taurus 45
Q. Iunius Taurus 113. 114. 115
C. Iun(ius) Tertullus 219
M. Iuvent(ius) Tutianus 117
Q. L . . . Dionysius 118
M. L . . . Maritumus 119
L. Latinius Basileus 121
L. Latinius Quartus 121
T. Livius 123
T. Lollius Fronimus 124
C. Luc . . . Sabinus 125
C. Luccius Alexander 126
M. Filonianus 46
C. M . . . Helius 127
M . . . . Iucundus 229
L. M . . . Memorialis 128
Q. *Maetius Threp[t]us 130
Magillius 131
*C. Manucius Iun 132
*D. Marcius 134
Marcius Catulus 123
S. Martinius Ablaptus 136
T. Martius Servandus 123
M. Messius Orgilus 137
C. Montius Iu(v)enis 139
Munat(ius) Marcel(lus) 140
Munatius Tacitus 141
Natalinius Victorinus 142
P . . . . Vindex 196
Decmus *P[ac]cius Flavianus 55 (*cf. add. p. 143*)

S. Pientius Superstes 89
L. Pl . . . Villanus 147
Se. Po . . . . Calenus 148
Sex. Polleius Sollemnis 149
M. Pompeianius Victorinus 33 (*nomen scariph.*)
Q. Pom(peius) Diodotus 150
Q. Pomp(eius) Graecinus *151. 152
L. Pomp(eius) Nigrinus 153
S. R . . . Hermes 157
T. R . . . Iulius *vel* Iulus 87
C. Rom(anius) Stephanus 159
Sext. Rom(anius) Symforus 160
*Romanius 161
C. Ru . . . . Plotinus 162
*C. Rufrius Rufinus 163
*C. (Rufrius) Rufinus 163
L. Saccius Menander 166
G. Sat . . . Sabinianus 167
C. Sempronius Doctus 168
Sen(nius) Matidianus 73
Sennius Virilis 169
C. *Sent(ius) 170
Sept(imius) Soterichianus 171
*Severius Stefanus 134
L. Sextius Marcianus 172
L. Sil(ius) Barbarus 100
Sol(lius) *Aurelianus 173
Sol(lius) Hermidius 140
C. Sulp(icius) Hypnus 174
T . . . . Helius 112 (*scariph.*)
T . . . . Iunianus 175
M. Tarq(uinius) Floren(tinus) 176
L. Terent(ius) Paternus 177
L. Tettius *Sabinianus 178
*Titius 180
C. Tittius Balbinus 181
*Marcus Tullius 183
M. V . . . I 184
C. Val(erius) Amandus 186
Q. Val(erius) Flavianus 187
L. Val(erius) Latinus 188
Val(erius) Phileros 189
M. Val(erius) Sedulus 190
Q. Valerius Sextus 191
C. Val(erius) Valentinus 186
L. Var(ius) Heliodorus 192
*C. Vassillius 7
M. Vigellius Herosistratus 194
T. Vindacius Ariovistus 195
L. Vir . . . Carpus 121
C. Vitalius Amandio 191
M. Vitel(lius) Crescens 197
C. Ulp(ius) Deciminus 198
M. Ulpius Heracles 199. 200
M. Ulpius Theodorus 201
M. Urbic(ius) Sanctus 202. 203
. . . irrius Firminianus 16
. . . lius Tryphon 182

COGNOMINA.

A . . . 88
Ablaptus [136]
Achilleus [75]
Agatho [63]
Alc(imus) [74]
Alexander [126]
Amandio [191]
Amandus [17. 89. 186]
Androni(cus) 10
Apolaustus 15
Apollinaris 123. [33]
Ariovistus [195]
Atilianus [90]
Attalus [12. 91]
Atticus 218
*Aurelianus [173]

Balbinus [181]
Barbarus [100]
Basileus [120]
Basilus [68]
*Billicus [92]
Blandus [38]
C . . . [1]
Calenus [148]
Callistus [93]
Campanus 30
Carpus [121]
Katidianus 37
Catodus [26]
Catulus [123]
Celsinus [21]
Cen . . . 9
Censor [34]
Censorinus [9]
Charito [94]
Clarus [95]
Cletus [230]
Clod . . . [143]
Κόσμος 54
*Cotta [72]
Crescens [197]
Deciminus [198]
*Decoratus 56 (*cf. add. p. 143*)
Dedemo [22]
Di . . . . [41]
Diadu(menus) *27
Diodotus [150]
Dionysodorus [96]
Dionysius [118]
Divixtus [19. *144]
Docilas [82]
Doctus [168]
Entimus 58
Epaphrodit(us) [77]
Epictetus [13]
Erasistratus: Herasistratus 194
Esychus *v.* Hesychus
Euelpistus 59
Eugenius 60
Euhodus [97]
Eutyches 61
Facilis [80]
Facundus [98]
*Faustus [144]
Felicianus [99]
Felix 64
Ferox 65. 66
Fidus [43]
Filonianus *v.* Philonianus
Firmianus [16]
Flavianus [55. 187]
Floren(tinus) [166]
Florus [100]
Fotinus *v.* Photinus
Fronimus *v.* Phronimus
Gentianus 78
Glyptus 79
Graecinus [151. 152]
Heliodorus [192]
Helius [26. 112. 127]
Heracles [199. 200]
Herasistratus *v.* Erasistratus
Hermes [157]
Hesychus: Esychus [42]
Homullus: Omullus [11]
Hypnus [174]
I . . . . [184]
Ianuarius 83
Idoneus 84
Immunis [44]
Isadelfus 86
Isidorus [43]
Iucundus [35. 101. 229]
*Iulius (*fort. gentil.*) 170
Iulius *vel* Iulus 18 (*fort. gentil.*) 87. 152 (*fort. gentil.*)
*Iun . . . [132]
Iunianus [175]
Iustus [73]
Iu(v)enalis 116

Iu(v)enis [70. 139]
Latinus [18. 188]
Lepidus 122
Libycus [50]
Lunaris [102]
Luxsurius 56
M . . . . [47]
Macrinus [109]
Magnus [57]
Marcellinus 133. *205. *222
Marcel(lus) [140]
Marcianus *129. [36. 172.] Μαρκιανός 139
Maritumus 135. [119]
Martialis [62]
Martinus 159 *not.* [45. 46]
Matidianus *223. [73]
Maturus [*7]
Mellon 179
Memorialis [128]
Menander [166]
Messor [48]
Minervalis 138
Murranus [103]
Musicus [69]
Natalinus 142
Natalis [4]
Nigrinus [153]
Omullus *v.* Homullus
Onesiphorus [49]
*Paternianus 144
Paternus [28. 177]
Paulinus 145
Phileros [189]
Philinus [110]
Philonianus: Filonianus 46
Philumenus [23]
Photinus: Fotinus [2]
Phronimus 146. Fronimus [124]
Plotinus [162]
Polytimus [81]
Primigenius 112
Primus [50. 152]
Proclianus 155
Proculus 156. [104]
Quartus [121]
Quintilianus [29. 32. 33 (*ubi sculptum est* Quintianus *cf. add. p. 143*)]
Rectus [24]
Reginus 158
Respectus [69]
*Rufinus [163]. Ῥουφεῖνος 164
Sabinianus [31. 167. *178]
Sabinus* 165 [105. 125]
Saecularis [51]
Sanctus [202. 203]
Satyrus [106]
Secundus [14. 70]
Sedatus [107]
Sedulus [190]
Sen . . . 195
Senex [231]
Senior 195
Servandus [123]
Sestus *v.* Sextus
Severianus 144
Severus [16. 67]
Sextus [191]. Sestus [76]
Sollemnis [149]
Soterichianus [171]
Stephanus [159]. *Stefanus [134]
*Superstes [89]
Symforus [160]
Tacitus [141]
Taurus [45. 111. 112. 113. 114. 115]
Tertullus [219]
Themiso [52]
Theo [71]
Theodorus [201]
Theophiles [3]
Theophilus [63]
Threptus [8. 130]
*Titus 180
Tryfon [182]

Tutianus [117]
Valentinus [186]
*Valerianus [185]
*Verecundus 193
Victor 9. [108]
Victorinus [20. 33. 142]
Villanus [147]
Vindex [196]
Virilis [169]
Vitalio *37. [5]
Urbicus [85]
Xanthus [25]

COLLYRIA

col(lyrium) aegyptiac(um) opobals(amatum), coll(yrium) crocodes, col(lyrium) dialepidos, collyrium diamysum, colly(rium) diazmyrnes, collyr(ium) melinum, co[llyri]um opobals[amatum], col(lyrium) [. . . .] panth(eum), collyr(ium) pen(i)c(illum), col(lyrium) stactu(m), collyr(ium) turinum, [c]ol(lyrium) vir(ide) op[ob(alsamatum) *vide sub ipsis collyriorum nominibus*

collyr(ium) P. Clod. 143 — Sabini col(lyrium) 165 *bis* — col(lyrium) [. . . a]d gen(as) r(etortas?) 92

acharistum 81

acr(e) 58
cf. authemer(um) acr(e) ex aq(ua) 28 — diasmyr(nes) acre 105

col(lyrium) aegyptiac(um) opobals(amatum)
ad clar(itatem) 135

album lenem(entum) 26, [alb]um lenem(entum) 55
ad impet(um) 26
ad [lippit]udinem oculo(rum) 55

ambrosium (amb. 179) 22. 179
ad kaliginem et cl(aritatem) 22

ambrosium opobalsam(atum)
ad clari(tatem) 82

amethystinum: amathystin(um)
ad ci(catrices) 68

amethyst(inum) delac(rimatorium) del(enitorium?) 202

amimetum (amie. *148) *148. 181
ad s(uppurationes?) 181

anicetum (anicet. 160. 195) 24. 65. 134. 160. 195
ad aspritudin(es) 65
ad diath(esis) 160

anodynum
ad omn(em) lippit(udinem) 113

apalocrocodes
ad diathesis 188
cf. crocodes

ἁρμάτιον *v.* harma

aromaticu(m) 206

arpaston 153. *196
ad recent(em) lippitudine(m) *odent. die., ex ovo 153
ad *vel* post i]mpetum* 196

atr(amentum) 123

authemerum (authemer. 4, authem. 178) 4. 23. 112. *148. 178, αὐθήμερον 54
ad epiphor(as) et omnem lippitud(inem) 112
ad imp(etum) 4. 23

ad lipp(itudinem) 178
authem(erum) lene 46
authemer. len(e) ex o(vo) acr(e) ex aq(ua) 28
penicillum authemer(um) ex ov(o) 82

basil[i]con
ad claritatem 97
basilium 100. *155
ad cikat(rices) 100
basilium opobalsam(atum)
ad claritatem 180 (*bis*)

bis punctum
ad epifor(as) 116
cf. dicentetum, punctum, tripunctum

c(. . . .) 15

c[. . . .] 195

charma 181 (*bis*)
ad cylon 181
ad cylon et chalazos(in) 181

chelidonium 93, *166, chelidon. 18, cheledon. 31, chelido. 7. 230, chelid. 6. 28, chel. 149, celido. 194
ad ca(liginem) 149. *166. 230
ad calig(inem et) gen(arum) scabr(itias) 6
ad genar(um) cica(trices) 28
ad cla(ritatem) 31
che[lidon(ium)] opobalsam(atum)
ad calig[inem] 5

chloron 24. 105. 118. 181. 195, chlor. 60, cloron 3. 31. 56. 191, χλωρόν 213
ad adu(stiones) 105
ad clar(itatem) 31
ad expurg(ationem) et replet(ionem) 181
ad dolores, ex o(vo) 60
ad lippitudinem, ex ovo 118

c(h)r(y)somaelin(u)m
ad claritatem 175
cf. melinum

cirron (cirr. 37) 37. 156

coenon (cynon 102)
ad asprit(udines) et caligin(es) 152
ad aspr(itudines) et claritates 44
ad k(a)ligi(nem) 203
ad claritatem 3. 97. 102. 174
[?coeno]n o[p]ob(alsamatum) 56

crocodes 32. 66. 80. 86. 107. 126. 161. 169. 180, crocod. 14. 28. 207. 231, croco. 184. 190, croc. 157. 179. 194. 201. 208. 209, crocodem 206; coll. crocodes 116
ad aspritudinem *sive* aspritudines 14. 28. 32. 80. 86. 116. 126. 161. 169. *184. 231
ad aspr(itudines) ve(teres) 190
ad aspritudinem et sycosis 180 (*bis*)
ad veteres cicatr(ices) 66
ad diathes(is) 107
crocodes dialepidos 107, crocod. dialapid. 174, croc. dial. 91, cro. dialapido. 14, cro. dialep. 111
ad aspri(tudines) 174
ad cicatric(es) et scabrit(ias) 111
cf. dialepidos crocodes
crocodes diamyseos 82, crocod. diamisus 111
a(d) d(iathesis) 82
ad diathesis et re(uma) 111
crocodes dihynu(dinum) 41
crocodes diopob[a]lsamu[m] 130
crocod(es) paccian(um) 107. 111
ad cicat(rices) et reum(a) 111
crocodes regium t(etra)p(harmacum 128

crocod(es) sarcofagum
ad asprit(udines) 111
cf. terentianum, thurinum

cy(. . . .) 203
κυκνάρια (κυκν. 213) 139. 213
cycnion (cycni. 133) 90. 133
ad imp(etum) 90
cycnium len(e) 189
cynarium
ad imp(etum) 199
cynon *vide* coenon

d(. . . .) 133

delacrimator(ium) (delacr. 163) 109. 163; *dlcmtrus 144 *bis*
cf. amethystinum, diapsoricum, diasmyrnes, melinum, stactum, thalasseros

di[. . . . op]obalsamatu[m] 70

dia(. . . .) 1. 87. 147

diabsoricum *v.* diapsoricum

diac(. . .) 99

diaceratos 10
diachera(tos) le(ne) 167

diacholes 50. 73, *diachol. 178, diacho. 46. 73
ad [. . . .] 178
ad leu(coma) 46
ad suppur(ationes) et vete(res) cicatr(ices) 50

diachyl(um) 91, diacyl. 178
ad cal(iginem) 178

diacinnabareos
ad clar(itatem) ocul(orum) 82

diacisias 176

diaelydriu(m) 91

diagessam(ias) 2, diagesam. *42. 155, diage. 1
ad epipho(ras) 42
ad imp(etum) 2
ad lip(pitudinem) 155

diaglauciu 118, diaglauceu 81, diaglaucaeum 218, diaglaucen 24, diaglauc. 186, diagla. 210
ad omnes dolores f(aciens?) 218
post imp(etum) lip(pitudinis) 186
ad lippitudinem, ex o(vo) 118

dialepidos 13. 33. 34. 35. 36. 53. 61. 68. 106. 110. 119. 126. 131. 133. 140. 148. 156. 172. 176, dielepidos 187, dialepido. 109, dialepidus 57, dialepinus 144, diallepidum 177, dialepid. 29. 95. 139. 147. *192. 219, dialepi. *182, dialep. 85; col(lyrium) dialepidos 116, coll(yrium) dialepidus 64
ad aspritudinem *sive* aspritudines 34. 35. 57. 75. 78. 85. 95. 106. 126. 139. 147. 156. 182
ad aspritudinem tolle(ndam) 172
ad asprit(udines) et cicatrices 61. 110. 219
ad cicatri(ces) 131. 133. *192
ad veteres cicatrices 148
ad vete(res) cic(atrices), ex ti(lia) 187
ad clari(tatem) 33
ad dia(thesis) 13
ad [. . .] 119
dialepidos (dialepid. 152; dialep. 32) crocodes (crocod. 198; croc. 26, 152, c. 131) 26. 32. 131. 152. 198
ad asprit(udines) 32
ad aspr(itudines) et dia(thesis) 152
ad omnia vitia 198
cf. crocodes dialepidos

dialibanu 19. 95. 106. 118, [dialib]annm 205, dealebanum 138, dialiban. 113, dialiba. 47
ad imp(etum) 95
ad imp(etum), ex ovo 19
ad inp(e)t(um) lipp(itudinis), ex ov(o) 138
ad lippit(udinem), ex ovo 118
ad suppurat(iones) 106
ad suppurat(iones), ex ovo 113
ad omne vitium o(culorum), ex o(vo) 47

